BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 N
19

C
1062

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

38.5.9.
13-2, 2, 12

Digitized by Google

Digitized by Google

CIVILIS DOCTRINA DE ANTIQVITATE, ET RELIGIONE, REGIMINE, PRIVILEGIIS, ET PRÆHEMINENTIIS inclytæ Ciuitatis Barcinonæ.

DIVÆ EVLALIÆ VIRGINI & Prothomartyri ac Tutelari illius ſacra.

Authore Ioanne Paulo Xammar Barcinonenſi Domicello I. V. D.
& olim Domus eiuſdem Ciuitatis ordinario Aſſeſſore, & in
celebri Gymnaſio Vniuerſitatis ipſius Primario
Iuris Pontificij Interprete.

Vbi multa de iure Vniuerſitatis & Reipublicæ varijs paſſim Regij Senatus deciſionibus illuſtrata leguntur.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

Anno



S. EVLALIA. L.D.

1644.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venalis Barcinonæ, ex Typographia Gabrielis Nogues in vico Sancti Dominici, & eius expenſis.

Digitized by Google

CENSVRA DOCTISSIMI PETRI BOIX I.V.D. ET DISERTISSIMI CAVSARVM PATRONI,

ex commiſſione domini Vicarij Generalis Epiſcopi Barcinonæ.

TRACTATVM hunc ex commiſſione Domini Officialis, & Vicarij Generalis, ob eius ſummam eruditionem, venuſtatem, & elegantiam libentiſſimè legi, & enucleaui, in quo nihil quod deuiet à Sanctis Inſtitutionibus, nihilq; bonis moribus oppoſitum deprehendi: Quinimo tanquam valde vtilitati publicæ præſertim Ciuitatis Barcinonæ proficuum, impreſſione dignum, & neceſſarium exiſtimaui 31. Maij 1644.

P. Boix, V.I.D.

31. Maij 1644. Imprimatur.

Boldo Vic. Gen. & Offic.

Google

CENSVRA SAPIENTISSIMI BALTASARIS TAPIES I.V.D. ET REGII Senatoris integerrimi, ex commiſſione Domini Regentis Regiam Cancellariam.

GIVILEM Hanc *Doctrinam de Antiquitate, Religione, Regimine, Priuilegijs, & Præeminentijs inclytæ Ciuitatis Barcinonæ,* à Ioanne Paulo Xammar Domicello V. I. D. elaboratam, ſemel,iterumq; iuſſu Illuſtris Regentis Regiam Cancellariam euolui, adamuſſimq; examinaui. Nihilq; in ea, quod à Religionis recto tramite, ac honeſtis deuiet, reperi moribus. Quin potius, plurima ex puris,nitidiſq; Iuriſprudentiæ, ac humanarum litterarum fontibus hauſta, quæ ad vſum forenſem, politico maximè Catalaunico,valde conducent, eximiaq; Authoris diligentiam, & eruditionem commendent; eiuſq; opus prælo; imò & præmio dignum efficiant. Et ita ſentio,& cenſeo.

Baltaſar Tapies Regius Conſiliarius.

Imprimatur.
Fontanella Regens.

EX

Digitized by Google

CENSVRA PERITISSIMI MICHAELIS CELLERS I.V.D. ET ASSESSORIS DOMVS CIVITATIS Barcinonæ æquiſſimi, ex commiſſione Dominorum Conſulum præfatæ Ciuitatis.

EX comiſſione Admodum Illuſtrium Conſiliariorum Ciuitatis Barcinonæ, vidimus, ac legimus huiuſmodi tractatum, inſcriptum: *Ciuilis doctrina de Antiquitate, Religione, Regimine, Priuilegijs, & Præheminentijs inclytæ Ciuitatis Barcinonæ.* Auctore Ioanne Paulo Xammar Domicello, & V.I.D. omni eruditione plenum, & nihil in eo inuenimus, quod vel iuribus, vel priuilegijs, & prærogatiuis ipſius Ciuitatis aduerſetur. Datt. Barcinonæ die 1. Septembris 1642.

Cellers V.I.D. Aſſeſſor & Aduocatus Ordinarius Ciuitatis.

CENSVRA SAPIENTISSIMI BALTASARIS TAPIES I.V.D. ET REGII Senatoris integerrimi, ex commiſſione Domini Regentis Regiam Cancellariam.

CIVILEM Hanc *Doctrinam de Antiquitate, Religione, Regimine, Priuilegijs, & Praheminentijs inclytæ Ciuitatis Barcinonæ,* à Ioanne Paulo Xammar Domicello V. I. D. elaboratam, ſemel,iterumq; iuſſu Illuſtris Regentis Regiam Cancellariam euolui, adamuſſimq; examinaui. Nihilq; in ea, quod à Religionis recto tramite, ac honeſtis deuiet, reperi moribus. Quin potius, plurima ex puris,nitidiſq; Iuriſprudentiæ, ac humanarum litterarum fontibus hauſta, quæ ad vſum forenſem, politico maximè Catalaunico,valde conducent, eximiâq; Authoris diligentiam, & eruditionem commendent; eiuſq; opus prælo; imò & præmio dignum efficiant. Et ita ſentio,& cenſeo.

Baltaſar Tapies Regius Conſiliarius.

Imprimatur.
Fontanella Regens.

EX

Digitized by Google

CENSVRA PERITISSIMI MICHAELIS CELLERS I.V.D. ET ASSESSORIS DOMVS CIVITATIS

Barcinonæ æquiſſimi, ex commiſſione Dominorum Conſulum præfatæ Ciuitatis.

EX comiſſione Admodum Illuſtrium Conſiliariorum Ciuitatis Barcinonæ, vidimus, ac legimus huiuſmodi tractatum, inſcriptum: *Ciuilis doctrina de Antiquitate, Religione, Regimine, Priuilegijs, & Præeminentijs inclytæ Ciuitatis Barcinonæ*. Auctore Ioanne Paulo Xammar Domicello, & V.I.D. omni eruditione plenum, & nihil in eo inuenimus, quod vel iuribus, vel priuilegijs, & prærogatiuis ipſius Ciuitatis aduerſetur. Datt. Barcinonæ die 1. Septembris 1642.

Cellers V.I.D. Aſſeſſor & Aduocatus Ordinarius Ciuitatis.

Cenſura conſultiſſimi Dominici Oſona I.V.D. & famatiſſimi cauſarum Patroni, ex commiſſione Dominorum Conſulum Barcinonæ.

TRACTATVS Hic continens Ciuilem Doctrinam de Antiquitate, Religione, Priuilegijs, & Præheminentijs Inclytæ Ciuitatis Barcinonæ, cum primum mihi ab Authore fuit oblatus, pro illius cenſura ab Illuſtribus Admodum Conſiliarijs dictæ Ciuitatis mihi commiſſa, auidiſſimè excepi; imò potius ab eius manibus excerpſi. Quippe qui redolebat naribus meis eandem fragrātiam, quam deguſtaui legēdo alium Tractatū ab eodē paucis ab hinc annis editū de Iudicis, & Aduocati Officio, vbi totā materiā, & quæſtiones pro vtriuſq; munere mira eruditione diſpoſuit, & declarauit. Libentiſſimè igitur cēſuræ onus ſuſcepi, librumq; vidi, legi, & perlegi, atq; iterū pro animi oblectatione intētiſſimè examinaui, ſiquidem omiſſis nugis, ſubſtantialia omnia ad inſtitutum adeo ingenioſè, doctè, & eleganter perſtrinxit, vt vlterius peruagandi nulli alij locus relinquatur. Propterea, quia nihil cēſura dignū reperij, cenſeo tractatum hunc, vti maximè decori, & ornatui noſtræ Ciuitatis cōducentē, eidemq; pro maiori tot rātorumq; ſuorum priuilegiorū, ac pręheminentiarum obſeruantia, & attentione, & ſui regiminis, & exemplaris Religionis pleniori notitia vtiliſſimū, ac neceſſarium, eſſe digniſſimum, vt quam citiſſimè prælo tradatur.

Dominicus Oſona, LL.D.

DE PATRIA AD LECTOREM.

ETSI ſciam iuxta verbum Domini neminẽ eſse Prophetam in patria ſua:tamẽ vt amoris & beneuolẽtiæ meæ erga Patriam meam chariſsimam pignus aliquod offerrem aut teſtimonium exhiberem,laborem huius pro patria opuſculi ſuſcipere non dubitaui. Agnoſco debitum Patriæ,in qua infantia mea vagijt,pueritia luſit,iuuentus exercita & educata, ſenectus à multis honorata eſt, & in qua honorificum Aſseſsoris Domus eiuſdem Ciuitatis officium geſsi. Merito Patriæ natos nos eſse aiũt Iureconſultus *in l.1.§.& generaliter,ff.de ventr.in poſſeſ.mit.* Plato *dialog 9.de legib.* Ariſtotel.*lib.8.*Politico.Cicero *lib.1. officio. & 4. Rhetoric.* Lucas de Pen.*in l. in filijs C.de decurio.lib.*10.Spino *in Specul.teſta. gloſ.*14.*principa.num.69.* Peregrin.*de iur.fiſc.lib.4.tit.3.num.20.* Adeo vt Iuriſprudẽtes conſentiant magis ſubueniendũ eſse Patriæ quam liberis & parentibus *in l.2.ff.de iuſt.& iur.* vt docet Peregr.*loco citato.* Et notat *glo. in cap. 1. de conuerſ. infidel. verbo,& Chriſtiani.* quod Patriam filius patri,& pater filio præponere debet. Sic S. Ambroſi. *in lib.de officijs* inquit. *Ordinata pietas eſt primo in Deum,ſecundo in Patriam, tertio in parentes,* & S.Tomas 2.2.*quæſt. 60. articul. 3.* profitetur hominem patriæ & parentibus maximè debitorem eſse poſt Deum, & S.Auguſti.*de Ciuitat.Dei 19.diſt.c.1.* pertinere aſserit ad virtutis officium & viuere patriæ & propter patriam liberos procreare. Ideo tex.*in l. poſtliminium,§ filius,ff.de poſtlimin. reuerſ.* teſtatur quod diſciplina caſtrorum antiquior eſt Romanis ciuibus quam charitas liberorum.Et pro patria filius in patrem & pater in filium ac vir in vxorem inſurgere debent *l.minimè,ff.de relig.* Et Alex. quem retuli *de offic.Iud & Aduoc.par.2.quæſt.3. nu.19.* tenuit aduocatum potius pro patria quam pro patre aduocaredebere.vbi *num 60.* probaui non poſse cogi aduocare contra propriam patriam. Sed & Patria quam nobis ſuauiſsimam vocat Sceuola *in l.qui habebat de legat.*3.ciues ſuos in poteſtate habet pro vt pater filios,*l.ordine,§.fin. ff. ad Municipal.* Luc. de Penna *in d.l.in filijs.* Et *in can.de forma 22.quæſt.*5.notatur

quod

quod vaſſallus qui domino fidelitatem iurauit, non iuuabit eũ contra ſuam patriam. Elegantia ſunt Ciceronis verba 14. *cap. officio. Omnium* (dicit) *ſocietatum nulla eſt gratior, nullaq. charior, quam ea quæ in Republica eſt. Vnicuiq; noſtrum chari ſunt parentes, chari ſunt liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates Patria vna cõplexa eſt, pro qua quis non dubitat mortem appetere, modo ſit Patriæ profuturus.* Vnde Ouidi, *de Ponto. lib. 1. elegia* 4.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et Horati. *Carminum lib. 3. Ode* 2.

Dulce & decorum eſt pro patria mori.

Et M. Tullius *lib. 1. Tuſculanar. quæſti. circa fin. Claræ vero mortes pro patria oppetitæ non ſolum glorioſæ Rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolẽt.* Et *Rhetoricor. lib. 4. Nullum tantum eſt periculum quod ſapiens pro ſalute patriæ vitandum arbitretur.* Concinnè & venuſtè de patria loquitur Caſsiodorus. *li. 1. epiſto. 20. Feris* (inquit) *datũ eſt agros, ſyluaſque quærere: hominibus autẽ fores patrias ſuper cuncta diligere. Aues ipſæ per aera vagantes proprios nidos amant: erratiles feræ cubilia dumoſa feſtinant: voluptuoſi piſces cauernas ſuas perquirunt: cunctaque animalia ibi ſe norunt refugere, vbi longiſsima cupiunt ætate conſtare.* Et ne ſanctorum deficiat auctoritas, S. Hieronymus *cap. 7. ſuper Hieremiã* ſcribit naturale eſſe vt quiſq. naturale diligat ſolum, & nihil dulcius habeat patria. Neque vero aſſentior Socrati, qui interrogatus qua patria ortus eſſet, reſpondit. *Mundanus ſum.* Totius enim Mundi ciuem & incolam ſe arbitrabatur, nullam ſibi approprians patriam. Neque Ouidij *Faſtorum lib.* 1. opinionem amplector, dum ait.

Omne ſolum forti Patria eſt, vt piſcibus æquor;
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Niſi has poſteriores ſententias ad eos referas qui tam fragili ac muliebri ſunt animo, vt extra ortus ſui cunabula, ſi caſus ferat, viuere metuant. Vale.

Ioan. Paul. Xammar.

ERRA-

Errata Typographi ſic corrige.

PAg.3.num.6.validiſsimus.validiſsimis.pag.25.num.13.vnidcſalis. vniuerſalis.pag.44.num.6. conſtederatus confederatus.& nu.15. ſummunt,ſumunt.pag.97.num.2. Conſtatrix.Confratrix. pag.102. num.21.amplis.amplius. pag. 105. num.29. carritorum.curritorum. pag.126.num.3.eum cum.pag.132.num. 25. Audientiam Audientia. pag.147.num.42.tereferente.referente.pag. 161. num. 44.armatu. armata.pag.162.num.20.Ciuitas.Ciuitatis.pag.217.num.38.vir.viri. & eodem num.officiumi.officium.pag.223.num.12. vocantis.vacantis.pag.234.num.54.facit.facit.pag.240. num.2.ſorrem.ſortem.pag. 251.num.37.peculari peculiari.pag.254.num.5.diceus dicens.pag.255 num.15.hanch.hanc.pag.263.num.51.capti.capti.poſtlin.poſtlim. pa. 264.in fine libri.inuenta.iuuenta.

§§. CIVILIS DOCTRINÆ
INDEX.

§.1. Quis fuerit vrbis conditor. pag.2.
§.2. A quo tempore vrbs condita ſit & de multiplici ac de vero ipſius nomine. pag.6.
§.3. De ſitu & incolatu vrbis. pag.10.
§. 4. De diuerſis Dominis ac Principibus Ciuitatis. pag.16.
§.5. De religione Ciuitatis. pag.23.
§.6. Barcino Ciuitas eſt Caput & titulus Cathaloniç. p.30.
§.7. Ciuitas Barcinonæ eſt Regia ſedes. pag.40.
§.8. Ciuitas Barcinonæ fuit Colonia & Cancellaria Romana. pag.45.
§.9. Ciuitas Barcinonæ eſt communis Patria Cathalanorum. pag.50.
§ 10. Ciuitas Barcinonæ priuilegio ſuorum Regum habet multa iura Regalia. pag.58.
§.11. De iudicio Procerum ſeu Proborum hominũ Barcinonæ in Criminalibus. pag.73.
§. 12. Ciuitas Barcinonæ habet ius ſtatuendi pro bono

Rei-

Google

Reipublicæ cum pœnis etiam corporalibus. pag.85.
§.13. De facultate ſtatuendi circa Collegia & Confratrias artificum & fabrorum. pag.96.
§.14. De iuriſdictione Ciuitatis Barcinonæ circa Collegia & Confratrias artificum & fabrorum ipſius. p.110
§.15. Ciuitas Barcinonæ declarat per ſacramenta voluntates morientium. pag.124.
§.16. Ciuitas Barcinonæ pro ciuium victu debitoribus & delinquentibus tribuit ſecuritatem & cogit omnes. pag.139.
§.17. De repreſalijs & hoſte vicinali Ciuitatis Barcinonæ. pag.151.
§.18. De immunitate Ciuitatis Barcinonæ. pag.164.
§.19. De argentaria ſeu menſa communium depoſitorum Ciuitatis Barcinonæ. pag.179.
§.20. De Centumuirali Concilio Ciuitatis Barcinonæ, tum etiam de Ordinario. pag.189.
§.21. De Conſulibus Ciuitatis Barcinonæ. pag.205.
§.22. De admiſſione ciuium ad officia Ciuitatis vel ipſorum repulſa & impedimentis. pag.220.
§.23. De recurſibus & appellationibus officialiū. pag.240
§.24. Ciues Barcinonæ qui cenſeantur. pag.253.

EX

Digitized by Google

Digitized by Google

EX §. I. CIVILIS DOCTRINÆ.

SVMMARIVM.

1 BArcinonæ vrbis conditor quis fuerit ſecũdum vnã opinionem non conſtat.

2 Alia opinio quod Barcinonã condidit Hercules Lybicus.

3 Alia opinio quod eam ædificauit Amiclar Barcino Africanus, & Dux Pœnorum.

4 Alia opinio quod a tugurijs piſcatorum quæ iuxta mare fiebant, originem cœpit.

5 Alia, & verior opinio quod prius Hercules eam conſtruxit, & Amiclar auxit.

6 Lapis antiquus in platea domus Ciuitatis Barcinonæ referens vrbis conditorem.

7 Ignorantia in rebus proprijs non præſumitur.

8 Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.

9 Lapidibus antiquis ſcripta plenè probant.

10 Et conſtituunt notorium.

11 Et probant plene ius patronatus antiquum.

12 Don Antonius Auguſtinus notatur dum a lapide ſito in platea domus Ciuitatis Barcinonæ cauendum admonet.

13 Moneta antiqua Alphonſi Regis Aragonum, & Comitis Barcinonæ circumcincta vocabulo. BarKnona.

14 Frãciſci Calce æquitis Barcinonæ opinio conuincitur.

15 Floriani de Campo traditio probatur.

16 Bouis caput fuit inſigne Carthaginenſium ſecundum vnã traditionem.

17 Bos integer fuit Carthaginenſibus pro inſignijs ſecundã alteram traditionem & quid bouis caput ſignificauerit.

EX CIVILI Doctrina.

§. I.

Quis fuerit vrbis conditor.

1 NON modica ſunt hiſtoricorũ diſsidia in hac quæſtione quis Barcinonam condiderit. Imò tanta reperiũtur vt litteratiſsimus ex noſtris ſcriptor don Antonius Auguſtinus digniſsimus Tarraconis Archiepiſcopus *Dialogo 9.* traditionũ varietate, & opinionum diuerſitate preſſus ſenſerit huius rei veritatem nõ
2 liquere. Alij primum vrbis ædifficium ſtrenuo Herculi Lybico tribuũt quód ex nouem nauibus quibus ipſe vel ſui nauigabant, vna ad oram maris, vbi nunc Barcinona collocata perſpicitur, vi tempeſtatis appulſa, & ſalua, cœteris vero amiſsis vel ſecundum non nullos auctores in littore iuxta Galliam manẽtibus, monumenti ergo prior vrbem conſtruxit, & appellauit *Barcanona* cũ nauis vernacula lingua ſic vocetur, ita *Tomich. cap. 6. Marquilles in vſatic. cum dominus, Ioan. de Socarrat. in cap. habito num. 21. don Roderic. Archiep. Toletan. lib. 1. cap. 5. de rebus Hiſpa. Guill. a Valleſicca in d. vſatic. cum dominus, D. Hieronym. Pujades in hiſtoria vniuerſ. Princip. Cathal. lib. 1. cap. 23. & 24. Frater Franc. Diago in hiſtoria Comitum Barcinon. lib. 1. cap. 1. & poſt eos idẽ Diago in noua Principatus Catha. deſcriptione typis mandata Antuerpiæ anno 1605. verbo Barcinona, & Stephan. Gil. Bruniquer Syndicus eiuſdẽ Ciuitatis in ſua apologia cap. 1. n. 2.*

Aliorũ eſt ſententia quod Hamiclar Barcino Affricanus, & Dux Pœnorum fortiſsimus fuit primus vrbis conditor, dum in calce mõtis Iouis, nunc Iudaici aduerſus hoſtes, & inimicos ſe, ſuoſque muniret, eamque vocauit ex nomine ſuæ familie 3

miliæ, Barcinonem, ita aſſerunt *Florian. de Cãpo in Chron, Hiſp. lib. 4. c. 14. Petr. Medina de excellentijs Hiſp. p. 1. c. 18. Petr. Anton. Beuter. in Chron. Hiſpan. part. 1. cap. 14. Anton. Viladamor. in Chron. cap. 10. Petr. Michael Carbonell. cap. 11. Doctor Hieronym. Pau in ſua Barcinona. D. Dioniſi. de Iorba de excellentijs Barcinonæ in princip. Taraſa cap. 37. Stephan. Forcatul. de Gallorũ imperio lib. 7. Doctor Ludouic. Pons de Ycart de excellentijs Tarraconæ c. 9. Stephanus Garibay in compendi. Chronic. lib. 5. c. 12. Ioan. Vaſeus in Chron. Hiſpan. lib. 1. cap. 15.*

4 Tertia fuit ſcriptorũ traditio quod neque Hercules Ægyptius ſiue Lybicus, neque Amiclar Barcin. Affricanus vrbem primus ædifficauit, ſed á tugurijs piſcatorum, quæ propter marẽ, cui adiacet, fiebant, originẽ cœpit. Ita tradit Ioannes Epiſcop. Gerunden. *in ſuo Paralypom. Hiſpan. lib. 1. cap. de Vrbibus ab Hercule conditis.*

5 Veriorẽ arbitror opinionem quod Hercules primus condidit, & Hamiclar auxit vt aſſerit Diago *in d. deſcriptione Cathaloniæ vbi ſupra* dicens plures authores ita tenere, & antea ita cenſuit Hieronym. Pujades *d. cap. 23.* & acerrime tuetur, & à contrarijs liberat *d. cap. 24.* & poſtea affirmat Syndicus Ciuitatis *in d. apologia loco citato* quamuis tam Diago quã Pujades ibidem teſtentur quod multi primam ſententiam, quæ Herculem conditorem facit, impugnant. Iudicium 6
meum duobus præſertim validiſsimus teſtimonijs roboratur. Vnum eſt ex antiquo lapide in platea domus Ciuitatis de qua agimus, verſus Parochialem Eccleſiam Sancti Iacobi publica authoritate, & maturo (vt creditur) veterum ſapientum cõſilio ante oculos omnium ab anno 1550. poſito in quo leguntur hæc verba. *Barcino Ciuitas ab Hercule condita, à Pœnis aucta, à Romanis culta, à Gothis nobilitata.* Ecquis ab 7
hac opinione per totũ corpus Ciuitatis ab antiquiſsimo tẽpore amplexa ſine labe temeritatis diſcedat? cũ præſertim in rebus proprijs igno-

rantia non præſumatur, *l.
fin. ff. de vſucap. pro ſuo, l. plu-
rimum, ff. de iur. & fact. ig-
norán. Bouadil. in polit. tom. 2.*
8 *lib. 4. cap. 5. num. 32.* Quod
adeo verum eſt vt etiam vi-
cinus præſumatur ſcire fa-
cta vicini, *l. dominus horreo-
rum, ff. locat. l. 2. §. 1. de flu-
minib. Spino in ſpecul. teſtam.
gloſ. 11. principa. num. 96.* Sed
9 & ſcripta in lapidibus anti-
quis quantum probent, no-
tiſsimi iuris eſt: nam ſcrip-
tura antiqua, & in loco pu-
blicò ac manifeſto ſita, etiam
in his quæ magni ſunt præiu-
dicij, plenam, & perfectam
probationem facit iuxta *glo.
celebrem in cap. cùm cauſam de
probatio. Specular. in tit. de pro-
batio. §. videndum verſic. Re-
ſtat nono per liberos, Menoc. de
præſumption. tom. 1. li. 2. præ-*
10 *ſumptio. 59. num. 1. & 2.* Dici-
citur enim conſtituere noto-
rium, vt aſſerunt, *Bart. &
Bald. in. l. monumentorum, C.
de religioſ. & ſumptib. funer.*
11 & ita plenè probari ius pa-
tronatus antiquum docuit
12 *Bald. in conſ. 310. lib. 5.* In-
de merito ac iure optimo ob
iurgaturà noſtris don Anto-
nius Auguſtinus vir alioquin
doctiſsimus *Dialogo 9.* vbi
Barcinonam aducniétes ani-
maduertit vt á præfato lapi-
de in platea domus eiuſdem
patente caueant quaſi hiſto-
riç veritatem in hoc articulo
non contineat.

Alterũ argumentũ depro- 13
mitur ex antiquiſsima mo-
neta Regis Aragonum, &
Comitis tunc Barcinonç Al-
phonſi à quingentũ, & quin-
quaginta annis in hac Ciui-
tate cuſſa, quæ circumcincta
conſpicitur hoc vocabulo.
BarKnona, ex quo clarè in-
fertur iam antiquis illis tem-
poribus dominos tũc & Co-
mites Barcinonæ Herculem
exiſtimaſſe, & credidiſſe ſuæ
vrbis cõditorem. Vnde quo- 14
que cõuincitur cenſura *Frã-
ciſci Calce æquitis Barcinonen.
in libro de Catalonia cap. 12.*
qui inquit opinionem pro
Hercule à voce populi ſeu
vulgi initium dumtaxat ha-
buiſſe. Verſimilius eſt quod 15
*Florianus de Campo in Chron.
Hiſpan. lib. 1. cap. 24.* nobis
commemorat vt certum exi-
ſtimari mœnia veteta Barci-
nonæ à prælibato Pœnorum
duce

Digitized by Google

duce Hamiclare conſtructa fuiſſe, eamque vagari famã: quia in quadam illorum arce quæ hodie regiorum carcerum eſt, in platea veteri frumentorum patet in lapide exculptum bouis caput, quod erat Pœnorũ ſiue Car-
16 thaginenſiũ inſigne. Et Syndicus Ciuitatis *in ſua apologia cap. 1. nu. 5.* inquit communem opinionẽ eſſe quod bouis caput Carthaginenſiũ inſignia referebat, & ſubdit eum lapidem in memoriam Ducis Hamiclaris fuiſſe po-
17 ſitũ. At ab hoc diſſentit Pujades *in d. cap. 24.* vbi ſcribit bouis capite vſos fuiſſe Carthaginenſes ad ſignificãdum laborem, integrum autem bouem ſibi pro inſignibus habuiſſe vt docuit Caſſa. *in Catalog. glori. mund. part. 1. conſiderat. 17.* Sed hæc ſolutio futilis aut leuicula videtur.

EX §. II.

SVMMARIVM.

1 *Barcinonæ antiquitas ſecundum traditionem Iacobi Marquilles, & Guillelmi de Valleſicca.*

2 *Barcinonæ antiquitas ſecundum traditionem Franciſci Diago, & Hieronymi Pujades.*

3 *Barcinonæ antiquitas ſecundum traditionem Euſebij, & Dionyſij a Iorba.*

4 *Barcinonæ antiquitas ſecundum traditionem Syndici Ciuitatis.*

5 *Barcinona ſex diuerſis nominibus vocata eſt.*

6 *Barcinona vnde dicta ſit ſecundum diuerſas opiniones.*

7 *Barchinona & BarKnona vnde nomen ſumpſit.*

8 *Barcino quare ſic appellata fuit ſecundum diuerſas opiniones.*

9 *Barcilo quare ita vocetur.*

10 *Fauentia vnde ſic cognominetur.*

11 *Fauentia breui tempore nominata fuit, & an ſic ſemper tempore Romanorum nominaretur.*

12 *Cathalonia quatuor diuerſis nominibus donata fuit, vt & ipſius populus.*

13 *Cathalonia quare ſic dicta fuit ſecundum diuerſas opiniones, & n. 14. & 15.*

14 Go-

14 Gotolania quare ſic nuncupata fuit.
15 Cathaloniæ nomen ſecũdum ſententiam Laurentij Valla vnde tractum fuit.
16 Cathalania quare ſic appellata fuit.
17 Catalauniæ nomen vnde deductum fuit.

§. II.

A quo tempore vrbs condita ſit & de multiplici ac de vero ipſius nomine.

1 ANtiquitas vrbis noſtrę hiſtoricis monumentis ſũmopere celebratur, vnde de quoq. lõge illuſtrior & nobilior illa redditur: nam ædifficata fuit 460. annis antequam Roma, & 752. annis ante Chriſti Domini Aduentum, *Marquil. in Vſat. cum dominus verſic. Nota decimo. & in Vſatic. Cequiam molendinorum verſic. Nota ſexto. Guilley. de Valleſic. in d. Vſatic. cum dominus not. 13. cum ſeq. Michael. Ferrer. part. 1. obſeruan. cap. 57. num. 4. Andre. Boſch de titulis honorificis Cathaloniæ lib. 4. cap. 3. Gabr. Berart. in ſpecul. viſitatio. cap. 22. num. 9.*
2 Imò Franciſcus Diago Valentin. *in hiſtoria Comitũ Barcinonæ cap.* 1. D. Hieronymus Pujadas *in hiſtoria vniuerſali Cathal. cap. 23. & 24.* & alij referunt & probant conſtructam præfatam vrbẽ fuiſſe 1700. annis ante Domini Aduentum. Quibus potius fidem adhiberẽ quã Euſebio citato a Dionyſio de 3
Iorba *in ſuo libello de excellẽtijs Barcinonæ poſt princip.* qui aſſerit vrbem conditam 234. añis ante Ieſu Chriſti Aduẽtum niſi forte dixeris Euſebium exiſtimaſſe primum vrbis conditorem fuiſſe Ducem Pœnorum Hamiclarẽ, non Herculẽ Ægyptium vt quoque Dionyſius de Iorba ſenſit; nam multis centum annis antequam Hamiclar, floruit

Digitized by Google

floruit Hercules vt animaduertit Bruniquer Syndicus Ciuitatis *in ſua apologia cap.*
4 *1. num. 2.* Hic ſuam apologiam anno 1630. cum adhuc ego aduocati ordinatij Ciuitatis eiuſdem officium gererem, in lucem edidit *& d. cap. 1. num.* 10. vrbis antiquitatem extollens affirmat eã a ſua prima conſtructione eſſe annorum 3308. Creſcat vtinam & augeatur vſque ad vltimum ſeculi diem.

5 Pluribus nominibus hæc Ciuitas ab ſcriptoribus appellatur. Sæpius vocata eſt *Barcinona*, nõ nunquam *Barchinona* ſeu *BarKnona*, interdum *Barcino*, aliquando *Bar-*
6 *cilo*, aliquoties *Fauencia*. Frater Franciſc. Diago *in noua Principatus Cathaloniæ deſcriptione verbo Barcinona* notat hoc nomẽ *Barcinona* fortaſſe dictum eſſe a Duce Pœnorum qui eam auxit Hamilcar Barcino de familia Barcinea. Sed antea Hieronymus Pujades *in hiſtoria vniuerſal. Cathal. lib. 1. cap. 24.* id negauit cenſens Barcinonã potius nominari quaſi *Barcam nonam* a nona naui Herculea conditoris vrbis quæ littus maris eius aduenit. Barchi- 7
nonam certè ſeu BarKnonam nemo ambigit ab iſta naui deriuari: prout fere omnes cõ- 8
ſentiunt Barcinonis nomen à Duce Pœnorũ præfato ſeu ex eius familia Barcinea tractum eſſe, quamquam Epiſcopus Gerunden. *in ſuo Paralypomen. Hiſpaniæ cap. 1. de vrbibus ad Hercule conditis* ait Barcinonem græcum eſſe nomen quia græcè *Barcinon* ſignificat tugurium, vnde vrbs iſta a tugurijs piſcatorum (vt ſentit) nomen habuit Barcinonis. Barcilonis 9
nomine vocarunt aliqui Ciuitatem vt Pujades *d. cap. 24.* animaduertit: extat enim quorundam traditio, vt refert Hieronymus Paulus Canonicus eiuſdem Ciuitatis *in ſuo libello inſcripto, Barcinona* quod Barcilonis nomen ſumpſit a Ciuitate Caryę quę Barcilo nuncupabatur. Hæc tamẽ opinio authoritate multum deſtituta eſt, vt idem Paulus obſeruat, melius ergo Ciuitatem Barcineam ſeu Barcinonenſem appellaueris. Fauentiæ cognomen- 10

ro

to donata fuit hæc Ciuitas
mutato antiquo Barcinonæ
nomine tempore Romano-
rum vt tradunt Pujades *lib.*
3. cap. 21. Diago in d. deſcriptio.
vbi ſupra. Poſtquam enim de-
uictis Carthagineuſibus ſub
quorum dominio illa erat,
effecta fuit ditionis Romanę,
Scipiones in eam induxerũt
populos Fauentinos a quibus
appellarunt eam Fauentiam,
vt ita vocauit Plinius *de na-*
11 *tural hiſt. lib. 3. cap. 2.* Sed
exiguo tempore ita dicta ci-
to ad priſtinum Barcinonæ
nomen reſtitua fuit, vt aſſe-
rit Pujades *d. lib. 3. cap. 21.*
imo ipſi quoque Romani nõ
nunquam etiam Barcinonæ
& Barcinonenſium nomini-
bus tanquam proprijs & an-
tiquioribus vtebãtur vti vſus
eſt Paulus Iureconſultus *in l.*
fin. ff. de cenſib. vbi Barcino-
nenſes a iure Italico immu-
nes eſſe ſubdit.

12 Similiter Catalonia ex cu-
ius Principatu eſt Barcino-
na diuerſimode appellata le-
gitur. Ab alijs ſcilicet, &
frequẽtius *Catalonia*, ab alijs
Catalannia, ab alijs *Cathala-*
nia, ab alijs *Gotolania*, & po-
pulus *Gotolanus*, *Catalanus*,
Cathalonicus, *Catalaunicus*.

Cataloniam a Catis, & A- 13
lanis duobus populis, qui ſi-
mul eam inhabitarunt, dici
voluit Vaſeus *in hiſtoria Van-*
dalorum, *& Alanorum* & an-
te eum Sant. Rechmanus
lib. 1. de rebus Germanis aſſe-
rens hanc eſſe veriorẽ opi-
nionem. Attamen Blondus
de declinatione Imperij Roma-
ni dec. 1. lib. 7. & Sabell. *in c.*
8. *lib. 5.* exiſtimarunt ſum- 14
pſiſſe vocabulum a Gotis &
Alanis duobus populis qui
commixti in ea fuerunt, ſic-
qua prius vocatam fuiſſe Go-
tolaniam, & poſtea mutatis 15
quibuſdam litteris Catalo-
niam. Sed & Laurentius Va-
lla *lib. 1. de rebus a Ferdi-*
nando geſtis & poſt eum Ca-
nonicus Franciſc. Tarafa *in*
quadam deſcriptione populorũ
montium & fluminum Hiſpa-
niæ cenſent Cataloniæ nomẽ
tractũ eſſe ab Oppido quod
erat in ipſa & hodie ignora-
tur quo loco fuerit, nomine
Catalon. in quam ſententiam
inuehitur, illam reprobans
Franciſc. Calça *de Catalonia*
cap. 2.

Digitized by Google

16 Cathalaniam nuncupauit
Petr. Anton. Beuter. *cap.20. in Chron. Hiſpan.* ab Alanis, &
17 Gothis populis. Catalauniã
Antoni. Viladamor *in Chron. cap.79.* vbi & Catalonicos, & Catalaunicos incolas vocat, capto nomine ab oppido Catalauniæ in Regno Galliæ dixit, quod attigit Pujades in hiſtoria vniuerſali Catal. *lib. 4. cap.63. & lib.6. cap.19.*

EX. §. III.

SVMMARIVM.

1 *BArcinona ſita eſt ſupra mõtem nomine* Taber *in cuius vertice inſidebant olim horti mirifici.*

2 *Horti antiqui in ſummo vrbis Barcinonæ quo loco eſſent ſecundum opinionem Hieronymi Pujades.*

3 *Opinio Hieronymi Pujades refellitur.*

4 *Aquæ ductuum ad hortos antiquos Barcinonę deriuantiũ veſtigia vbi perſpecta ſint.*

5 *Herculis Ægyptij corpus an ſit ſepultũ ſub antiquis colũnis Barcinonæ in vico Paradiſi.*

6 *Barcinonæ vrbs adhæret promontorio nomine vulgari* Mõiuych *& quale illud ſit.*

7 *Moniuych quomodo latine nuncupandum ſit, controuerſia eſt ſcribentium.*

8 *Moniuych vocãdus eſt mons Iouis ſecundum vnam opinionem & quare.*

9 *Moniuych appellandus eſt mons Iudaicus ſecũdũ aliam opinionem & quare.*

10 *Moniuych quo nomine fuerit olim dictus, & quo nunc a multis annis diuerſimode ſecundum veriorem opinionẽ.*

11 *Moniuych ab innumeris Caſtellanorum ſepulcris hodie nomẽ capere poteſt & quare.*

12 *Moniuych a Templo & cultu Diuæ Matronę ibi cõſtructo potius quã ab antiquis Iouis Sacrificijs nũcupari poſſet.*

13 *Epiſcopalis Sedes Barcinonæ a quo conſtructa ſit.*

14 *In Epiſcopali Sede Barcinonæ quæ Sanctorum corpora ſeruentur.*

15 *Raymũdi Berẽgarij Comitis Barcinonæ & Almodis vxoris ſuæ atq; Patriarchæ Clementis iacent in Eccleſia maiori Barcinonæ.*

Digitized by Google

16 *Stemmata & inſignia in choro Sedis Barcinonæ a tempore Caroli Imperatoris.*

17 *Deſcriptio vrbis Barcinonẽſis perpulchra & excellens.*

18 *Cloacarum vſus Barcinonæ mundus & ſaluber.*

19 *Cloacarum operis Barcinonę quis fuerit author.*

20 *Cloacarum Barcinonæ opus a quo tẽpore ſit.*

21 *Cloacæ Barcinonæ cuius expenſis purgandæ ſint & de earum qualitate.*

22 *Viæ publicæ Barcinonæ quales ſint.*

23 *Viæ publicæ Barcinonæ quot ſint & quot illa vicinos contineat.*

§. III.

De ſitu & incolatu vrbis.

3 BArcinona, vt refert Frater Franciſcus Diago in noua Principatus Cataloniæ deſcriptione, ſupra montem conſtructa eſt modicum qui ab antiquis nũcupatus eſt *Taber*, in cuius vertice pluribus magnis columnis, quarum non paucæ perdurant adhuc, inſidebant olim horti penſiles, ita profecto ſimiles Babilonicis huius generis hortis, vt miraculum ſicut & illi vocarentur, hoc eorum nomine ad Barcinonenſis Comitis Raymundi Berengarij primi tẽpeſtatem vſque perdurante, nunc autem in Paradiſi nomẽ 2
mutato, quod & hortos ſignificat, vocaturq. Paradiſi vicus: quamquam Hieronymus Puiades *in hiſt. vniuerſal. Cathal. lib. 1. cap. 25.* (vt nihil ſine cõtradictore ſub Sole ſit iuxta Iuſtiniani ſententiam in authent. de tabellionib. §. ſi vero indignus) exiſtimauit hortos prædictos non in præfato vico & columnis prænarratis, ſed inferius in loco vbi nunc Eccleſia maior ſiue Sedes Barcinonæ collocata eſt, extitiſſe, quod aqua, quæ ex Biſotio flumine ad eos rigãdos deriuabatur, non potuiſſet ſuo iudicio tantum aſcẽdere. credit ergo columnas illas porticus quoſdam ad ambu-

ambulandum conſtituiſſe. E-
quidem arbitror veriorem
priorem traditionem, quæ
eſt fratris Diago & creber-
rime omnium fere opinione
vſurpatur,& vel ex eo vrget
4 quod Paradiſi nomen loco
hodie reliquum eſt. Veſtigia
vero aquæ ductuum aſſerit
Puiades vidiſſe in vico ſtra-
gulariorũ,& Dioniſ. de Ior-
ba *libello de excellentijs Bar-
cinon.* in platea noua & pro-
5 pe Monaſterium Monialium
Sanctæ Magdalenæ. Quod
autem aliqui aiunt,vt notant
Mariana *in hiſtoria de reb.Hiſ-
pan.lib.1.cap.9. Iorba vbi ſupra
& tenet Tomich cap.5.* Hercu-
lis Ægyptij corpus ſub eiſ-
dem columnis ſepultum eſſe,
negant *Puiades cap.25.Beuter.
in Chron.Hiſpan. lib.1.cap.* 10.
*Pineda lib.2.cap. 16 §.2. Petr.
Medina de excelentijs Hiſpan.
lib.6.cap.1.*& hęc opinio ne-
gatiua maiori authoritate
pollet.
6 Adhæreſcit hæc vrbs ra-
dicibus promontorij cuiuſ-
dam ſupra mare valde editi
vulgo vocati Monjuych,qui
& ſaxeus,& terreus,fontibus
irriguus, fertilitateque eſt
decorus, ac pluribus lapidi-
cinis abũdat ex quibus ædes
ciuium nec non molle ſiue
portus eiuſdem Ciuitatis cõ-
ficiuntur, & in culmine tur-
rim ſeu ſpeculam habet, vn-
de cuſtodes Ciuitatis a lon-
ginquo naues & triremes ve-
nientes aut tranſeuntes ſpe-
culantur & Ciuitati ſignãt.
Non leuis eſt inter hiſto-
ricos controuerſia quomodo 7
mons iſte latinè ſit appellan-
dus, an mons Iouis, an vero
mons Iudaicus. Quidã enim
volunt nuncupari Iouis mõ- 8
tem; quod Hercules Ægyp-
tius poſtquam hanc condidit
vrbem, eum montem Ioui
conſecrauit & templum in
eius vertice ad Iouis honorẽ
conſtruxit.Ita cenſent Pom-
poni.Mela de ſitu orbis *lib.2.*
*Epiſcopus Gerunden. in paraly-
pom.Hiſpan.lib.1.cap. de vrbib.
ab Hercule conditis.Hieronym.
Paulus in ſua Barcinona, Mi-
chael Carbonell in Chron. cap.*
7.Alij exiſtimant montẽ Iu-
daicum vocãdum eſſe ab an- 9
tiquis Iudæorum ſepulcris
quæ in eo ſunt, & adhuc ho-
die cernuntur. ita aſſerunt
Lucius Marin. *lib.1. cap. de*

montibus, Puiades in hiſt. Vniuerſ. Catal. lib. 2. cap. 20. Tomich quẽ ſupra citatus Carbonell arguit.
20 Diago in hiſtoria Comitum Barcinonę *lib.* 1. *cap.* 1. Arbitror verius eſſe quod ſcripſit frater Diago in noua Principatus Cathal. deſcriptio. verbo, *Barcinona*, hunc montẽ multis ab hinc annis Iudaicum appellari ab antiquis Iudęorum ſepulcris quæ in eo ſunt, olim
21 autem Iouis fortaſſe dictum fuiſſe quod Ioui in illo ſacrificaretur. Certe nunc melius ab innumeris Caſtellanorum ſepulcris, qui victi in eo occubuerunt & humati ſunt, quam ab antiquis Iudęorum ſarcophagis poſſet nomẽ accipere propter glorioſiſsimam Barcinonenſibus in eo monte anno 1641. aduerſus Caſtellanos inuaſores partam Deo annuente victoriam, quæ nullis temporum viciſsitudinibus oblitterabitur. Vnde hodie in ſummo
22 monte pro Cuſtodia Ciuitatis ſuperædifficatum eſt fortiſsimum propugnaculũ. Eſt tamen in eo fortius præſidium Ciuitatis Templum Diuæ Matronæ Virginis, & Martyris, cuius corpus eo miraculoſè delatum, ibi ſeruatur & colitur, a cuius cultu potius quam ab antiquis Iouis ſacrificijs poſſet etiam mons iſte nomen obtinere.

Epiſcopalis Sedes Sanctiſsimæ Cruci ſacra illu- 13
ſtriſsimum ac ditiſsimum Templum eſt anno 1058. a Raymundo Brengario primo huius nominis Comite Barcinonæ conſtructum, & poſtea iuſſu Clementis Patriarchę adminiſtratoris eiuſdem Eccleſię finitum vt refert Dioniſi a Iorba in libell. 14
de excellenti. Barcin. Seruãtur & venerantur in eo corpora Sanctorũ Seueri & Olegarij Epiſcoporum ipſius Ciuitatis, & Diuæ Eulaliæ Barcinonenſis Virginis & Martyris tutelaris eiuſdem, quorum precibus Ciuitas hæc ſummam ſibi fœlicitatẽ pollicetur, & quotidie experitur. 15
Iacent quoq; in eadem Eccleſia maiori corpora Raymundi Berengarij Comitis Barcinonæ, & Almodis vxoris ſuæ atque etiam corpus prædicti Patriarchæ Clemẽ-

tis,

tis. De picta ſunt in choro ſupra ſedes Canonicorũ & clericorum complura ſtemmata & inſignia Regum, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum ab anno 1518. quo Carolus Imperator feſtum equeſtris ordinis agni ſiue *del Tuſon* in hac Eccleſia celebrauit, vt & Dioniſ. de Iorba ſupra citatus commemorat.

17 Deficeret calamus ſi deſcribere vellem reliqua magnifica & Memphitica templa, Monaſteria inſignia, aulam celeberrimam Generalis Cathaloniæ, atrium armorum Ciuitatis, quibus non ſolum ciues omnes ſed & innumeri milites pro illius defenſione obarmari poſſunt, nauale excellẽs vbi triremes & naues conficiuntur & alia ſplẽdida ædifficia & bellicas munitiones hoc præſertim belli tẽpore magna arte cõſtructas. Lapideę ſunt domus, elegantes viæ, perenniũ ſcaturigo fõtium, horti malorũ aureorũ, limonum, ac citrorum numerſoſi paſſim, iucũdus vndique proſpectus, murus duplex ac ex parte triplex valle profundo cinctus propugnaculiſq. munitus, feraciſsimæ telluris latus ager Rubricato, Beſotioq; fluuijs clauſus. Molle ſeu portus arte comparatus, elegantia ac longitudine, etſi nondum finitus, tam illuſtris, vt & triremes & onerariæ naues ſecuritate in eo gaudeant, hic mareque valeant.

Illud ſilentio inuolui non poteſt quod in hac vrbe ſingulare eſt, publicarum cloacarum vſus, in quas priuatæ cloacæ nec nõ tubus & fiſtulæ omnium ædium & aquæ pluuiales immittũtur & illæ per omnes Ciuitatis vias, quę cauæ ſunt, currunt, atque vrbem ab immundicijs & omni colluuie purgãt, & ad mare exitum habent, ideoque eam non ſolum mundam & terſam, ſed valde ſalubrem reddunt, cum vt ait jurecõſultus in *l. 1. ff. de cloacis* huiuſmodi ſordes aliás peſtilẽs cælum minẽtur. Scripſit Petrus Anton. Beuter *in Chron. Hiſpan. lib. 1. cap.* 19. hoc opus fuiſſe Scipionum Romanorũ, poſtquam expulſis Carthaginẽſibus, Barcinonæ domi- 18 19

ni

ni effecti fuere, quod etiam
20 obſeruat Pujades *in hiſt. vniuerſ. Cathal. lib. 3. cap. 21.* Et ſubdit Stephan. Garibay *in compendio Chron.* prædictas cloacas viarum publicarum Barcinonæ factas eſſe anno 210. ante Chriſti Domini na-
21 tiuitatem. Suntque adeo cauæ vt multis locis poſsit homo cum equo armatus ſubtus terram per eas incedere. Purgantur & reficiuntur vicinorum expenſis vt notat Iacob. Marquil. in vſat. ſtratę.
22 Sunt præterea omnes vię Ciuitatis lapideis pauimentis ex lato & plano lapide ſtratæ indeq. pulcræ & omni tempore, etiam pluuiarum terſæ, & non luteæ ſunt, & hoc quoq; Pujades ſupracitatus Scipionibus Romanis ab initio tribuit. Doctor Dioniſius a Iorba *libel. de excellent.*
23 *Barcinon.* vias vrbis huius numerauit & aſſerit eam cõtinere quadringentas & viginti quatuor vias publicas, vicinos vero eiuſdem eſſe decem mille, qui hac tempeſtate non decreuerunt, ſed valde aucti ſunt.

EX §. IIII.

SVMMARIVM.

1 *BArcinonæ Ciuitas primũ fuit ditionis Græcorum.*

2 *Hercules qui ædificauit Barcinonam, etiam ædificauit Tarraconem & Balagariũ, & vicit Gerionem Regem, qui conſtruxit Gerundam a nomine conditoris vocatam.*

3 *Hercules Hiſpaniæ captæ, quæ antea appellabatur Heſperia, conſtituit Regem ex Græcis.*

4 *Hercules proprio nomine vocabatur Oron filius Oſiris Iouis, & Lybicus & Ægyptius, & quare.*

5 *Hercules erat Græcus & an pater eius eſſet Græcus vel Ægyptiaca.*

6 *Hercules Thebanus centum annis poſt Herculem Ægyptium floruit & is non condidit Barcinonam.*

7 *Herculis nomine multi donati fuere propter res præclare geſtas, ſed vnus fuit Hercules & quis.*

8 *Iupiter vnus fuit, cum tamẽ plures*

Digitized by Google

plures honoris cauſa dicti ſint Ioues vt & Oſiris pater Herculis Ægyptij.
9 Barcinona fuit Carthaginenſium poſt Græcorum regimẽ.
10 Barcinona poſt Carthaginenſium dominium fuit Romanorum qui a tempore Scipionis Affricani per plures annos tenuerunt Hiſpaniam.
11 Barcinona tempore Romani Imperij fuit effecta Colonia Ciuitatis Romanæ.
12 Barcinona poſt captam a Gothis Hiſpaniam fuit effecta Gothorum vſque ad tempus Ruderici Regis eorum.
13 Gothi ingreſſi ſunt Hiſpaniam ſpeciali priuilegio Papę & eos Chriſtianam legem docuit & baptiſauit Gaudilus Epiſcopus.
14 Ataulphus Rex Gothorum primum ingreſſus eſt Hiſpaniam & Barcinonæ obijt & ſepultus fuit, vbi & Regiam Sedem habuit cum Placida vxore.
15 Barcinona deuictis Gothis & a tota fere Hiſpania deiectis fuit tandem capta a Sarracenis.
16 Barcinonenſes aliquoties ſe a iugo Maurorum fortiter vindicarunt & iterum ceciderunt.
17 Barcinona vt ſe a Mauris tueretur, Imperio Regum Franciæ ſaluis ſuis priuilegijs ſe ſubmiſsit.
18 Ludouicus Pius Rex Franciæ & Imperator Comitem Barcinonæ inſtituit primo Baram, poſtquem ſimiliter ſucceſſerunt alij Comites vſque ad Vifredum ſecundum.
19 Comes Barcinonæ tempore Vifredi ſecundi manſit liber ab omni ſubiectione Regis Franciæ.
20 Comes Barcinonæ quomodo exemptus fuit a rocognitione Regis Franciæ.
21 Vnio Comitatus Barcinonæ cum Regno Aragonum quando & quomodo facta fuit.
22 Vnio Comitatus Barcinonæ & Regni Aragonum cũ Regno Caſtellę quando & quomodo facta fuit.
23 Cathaloniæ Principatus anno 1641 ditioni potentiſsimi Ludouici Regis Francorum ſaluis ſuis legibus & priuilegijs ſe ſubiecit & qua ratione.
24 De Rege Chriſtianiſsimo Francorum vaticinium.

§ IIII.

§. IIII.

De diuerſis Dominis ac Principibus Ciuitatis.

1 Ciuitas Barcinonę primū fuit ditionis Gręcorū, vt aſſerit Guillel.a Valleſica *in Vſat.*
2 *cum dominus* nam Hercules conditor huius vrbis, qui etiam ædificauit Tarraconā & Balagarium, bello vicit Gerionem Regē Heſperiæ, qui conſtruxit Gerundā quæ
3 ab eo nomen ſumpſit: Idem autemHercules mutato Heſperiæ nomine vocauitHiſpaniam & capta Hiſpania,conſtituit eidē Regem ex Græcis, Valleſica *Vbi ſupra*,Diago in noua Princip. deſcriptio.
4 *Verbo Gerunda.* Tomic. *cap.6.* Iſte Hercules proprio nomine appellabatur Oron filius Oſiris Iouis & propter ſuam fortitudinem cognomēHerculis adeptus eſt vt declarat Pujadas *in hiſt. Vniuerſ. Catal. lib.1.cap.19.22.& 23.* & attigit Valleſic. *ſupra citato loco.* Vocabatur etiam *Lybicus* ſcilicet *Oron Lybicus* ſeu *Hercules Lybicus* vt *in d. cap.19. & 22.* Dicebatur etiam *Hercules Ægyptius* & ita eum nominat Diago *in d. deſcriptio. Verbo. Barcinona*, & Stepha. Bruniquer *in ſua apologia cap.1.nu.2.* propter partas victorias in Ægypto & in Africa de quibus Pujadas *d.c.19.* & Valleſicca *in d. Vſat. cum dominus.* 5
Erat autem Græcus, vt affirmat ibidem Valleſicca & pater eius Oſiris erat natione Græcus, vt ſcripſit Ambroſi. Calepin. *in ſuo dictionario*, licet aliqui tradant quod Oſiris erat Ægyptiaca, vt Floriā. de Campo *lib.1.c.11.* Medin. *lib.1.cap.23.* & quando Hercules Barcinonam condidit, a Græcia venit, ſicuti tradūt Marquillas & Guillel. Valleſic. *in Vſat. cum dominus.* Socorat. *in cap. habita. nu.21.* Dō Roderic. *lib.1. cap.5. de rebus* 6
Hiſpan. Fuit etiam quidam Hercules Thebanus Græcus, qui centum annis poſt noſtrum Herculem Ægyptium floruit, ſed ille non fuit condi-

conditor Barcinonæ, licet
aliqui ſcriptores vnum cum
7 alio confundant, vt notauit
Puiadas *d.cap.19.* Et eſt ſcitu
dignū quod licet multi fue-
rint cognominati *Hercules*,
qui varijs temporibus cla-
ruerunt, omnes heroica vir-
tute, rerumq; geſtarum mag-
nitudine inſignes, vnus ta-
men fuit proprio nomine
Hercules filius Iouis ex Ale-
mana Amphitryonis coniu-
ge, cæteri ab eo ob res præ-
clare geſtas cognomen me-
ruerūt, vt obſeruat Ioan. Ci-
benius *in dictionario hiſtorico
& poetico, verb. Hercules*, Eu-
ſebi. *in Chronic.* Ioan. Annius
l.1. ſuper Xenophon. Ioan. Se-
8 deny. *tit.8. ca.6.* quemadmo-
dum plures honoris cauſa
dicti ſunt *Ioues*, cum vnus
fuerit Iuppiter, vt aduertit
Hartman. Schadel. *in Chron.
mundi*, & hac ratione Oſiris
ſupra memoratus vocatus
fuit *Iuppiter*, vt explicat Beu-
ter. *lib.1. cap.9.* Puiades *lib.1.
cap.18.*

9 Poſt Græcos fuit Barcino-
na Carthaginenſium, poſt-
quam Amiclar Barcino Dux
Pœnorum id eſt Carthagi-
nenſium illam auxit vt *ſupra
§.1.* probauimus & deducitur
hoc dominium ex traditis
per Hieronym. Puiadas *li.2.
cap.21. & lib.3. cap.20.* 10

Deinde ſubdita fuit hæc
Ciuitas per plures annos Im-
perio Romanorum, qui a
tempore Scipionis Affrica-
ni, qui primum Hiſpaniam
Romanis ſubiecit, tenuerunt
Hiſpaniam ante aduentum
Chriſti Domini ducentum &
tres annos & poſt Chriſti ad-
uentū quadringētos & quin-
quaginta qninque annos, vt
referunt Guillel. Valleſicca
*in vſat. cum dominus Oliba de
actio. par.1. lib.3. cap.2. num.3.
& 4.* Andre. Boſc. *de titulis
honorificis Catalon. lib.5. cap.1.* 11
& hoc tempore Barcinona
priuilegio Auguſti Cæſaris
Imperatoris Romani fuit
effecta Colonia Ciuitatis Ro-
manæ, dictaque Colonia Iu-
lia Auguſta, vt obſeruat Don
Anton. Auguſtin. *Dialogo 7.*
& notaui *in libro de officio iud.
& aduoc. par.2. quæſt.2. nu.61.*

Præterea expulſis Roma- 12
nis & deiectis ac profligatis
Vādalis Sueuis & Alanis, qui
Hiſpaniam cōturbabāt, cap-

taque tẽpore Honorij Quin-
ti Imperatoris Romani Hiſ-
pania a Gothis, Barcinona
fuit effecta Gothorũ qui per
eorum Reges vſq;ad tempus
proditionis Comitis Iuliani
& Rudericum Regem, eam-
que, quæ eo regnante anno
Domini DCC.XIIII. acci-
dit, calamitoſam Hiſpaniæ
cladem Hiſpaniã ipſam poſ-
ſederunt, Guillel.a Valleſic.
in d. vſat. cum dominus Oliba
*in d.cap.2. num.*4. Boſch. *lib.*
*5.cap.*1.Couar.*practic.qq.ca.*1.
13 Pujadas *lib.6.cap.*1. *&* *3.* In-
greſsi ſunt Hiſpaniam cum
ſpeciali Summi Pontificis
priuilegio ad eius acquiſitio-
nem vt notat Ioan. Garcia
*de expenſis & meliorat.cap.*16.
*num.*17.Gothos Reges legem
Chriſtianam docuit & bap-
tizauit Gudilus Epiſcopus
vt aduertit Valleſic. *vbi ſup.*
14 Qui primum ingreſſus eſt,
fuit Ataulphus Rex vt infra
dicam § *6.*qui & coniux eius
nomine Placida Chriſtiani
erant illeque Barcinonæ o-
bijt & ſepultus fuit,vbi & Re
giam Sedem habuit,vt obſer
uat Bruniquer *in apologi.ca.*1.
num 42. *& ſeqq.* ſubdens fa-
ma perferri ſepulcrum eius
eſſe in ſummo Ciuitatis in
vico qui hodie vocatur, *Pa-*
radyſus.

Poſt hæc cum ex prodi- 15
tione Comitis Iuliani Ara-
bes ab Affrica Calpen, quæ
nunc *Gibraltar* dicitur,tranſ-
uecti cruẽtiſsimo prælio Ru-
derico Gothorum Regi &
ſuis indicto, in quo omnis
eorum nobilitas cecidit, to-
tam fere Hiſpaniam occupa-
rent,Barcinonæ Ciuitas lon-
ga Sarracenorum obſidione
fracta, fame preſſa, & omni
auxilio deſtituta in illorum
ditionem venit cum pacto
tamen, vt ſibi fidei Chriſtia-
næ religio, cum qua alias
mori potius glorioſum exi-
ſtimabat,ſeruaretur, Diago
*de comitib.Barc.li.*1.*ca.*19. Pu-
jades *li.vlti. ca.*149.Corbera
*li.*1.Couar.*d.cap.*1.*nu.*1.Refe- 16
ctis viribus fortiſsimi Barci-
nonenſes aliquoties ſe a iugo
Maurorum vindicarunt, ſed
cum pauci admodum eſſent,
cedebant poſtea multitudini
gentium inimicorum, & al-
ternante rerum euentu nunc
libertatẽ ſummo honore cõ-
ſequebantur, nunc iterum
ſub-

Digitized by Google

ſubijciebantur ditioni Sarracenorum, vt ijdem auctores commemorant & Aymoni. *de geſtis Francorum li.4.c.* 87.

17 Poſtea Ciuitas Barcinona imperium inuictiſsimorum Regum Franciæ agnouit: nã Barcinonenſes & reliqui Catalani vt ſe a Mauris tuerentur, imperio & protectioni Caroli Magni Imperatoris & Regis Francorum atq; Ludouici Pij illius filij ſe ſubmiſerunt ſalua libertate ſua, cõſuetudinibus, & priuilegijs & ita fuerunt admiſsi. Atque

18 Loduicus Pius, qui patri ſuo in Imperio & Regno Franciæ ſucceſsit Comitem Barcinonæ id eſt Cataloniæ inſtituit & creauit primò Baram, deinde Bernardum, tertio Vifredum. Poſt Ludouicum Pium Regnauit Carolus Caluus eius filius, qui Comitem Barcinonæ quarto loco nominauit Salamonem, poſt quem fuit quinto loco Comes Barcinonæ Vifredus ſecundus. Hæc probantur ex epitom. proſapiæ Comitum Barcinonæ *in volum. conſtitution. Cathal.* Zurita Annal. *par.1.lib.1.cap.9.* Diago *de Comitib. Barcin. lib.1.ca.19.* Thegan. Corepiſcop. Treuiren. *de geſt. Ludouic.* Stephan. Garybay *in compendio Chron. lib. 25. cap. 38. & 39.*

19 Deinde tempore Vifredi ſecundi Comes Barcinonæ manſit liber ab omni recognitione & ſubiectione Regis Franciæ, fuitque Princeps Cathaloniæ nullum agnoſcens Superiorem, qui & Rex appellari potuiſſet; nam dum

20 Vifredus Secundus Carolum Caluum in Francia bello aduerſus Normantes iuuabat, interim Sarraceni iterum Cathaloniam inuaſerunt & deuaſtabant, certiorq; factus Vifredus auxilium petijt a Carolo Caluo, qui vrgente proprio bello contra Normantes occupatus non potuit illud impartiri, ſed conceſsit eidem, vt ſi cum ſuis Mauros expelleret, a feudo ipſius immunis eſſet & liber. Vicit glorioſiſsime Vifredus & exemptus fuit, & regnauit vſquequo vitã cum morte cõmutauit anno 912. Marquil. *in vſat. ſi quando* Mieres *collatio. 9. in curia Barcinon. Ferdinan. 1. cap. 10. n. 13. & 14.*

 Gui-

Guillel. a Valleſic. *in vſat. cũ dominus* Oliba *de actio. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Calici. *in director. pac. & treug. dub.* 1. & 13. Beuter. *lib.* 5. *cap.* 15. Diago *de Comit. Barc. lib.* 2. *ca.* 7. Põti. de Ycart *de excellenti. Tarraco. ca.* 24. Epithom. Comit. Barcin. *in vita Vifredi II. in vol. conſtitut. Cathal.* Boſch *de titul. honorific. lib.* 1. *cap.* 6. & *lib.* 3. *cap.* 1. §. 1.

21 Vifredum ſecundum ſequuti ſunt alij plures Comites Barcinonæ Principes Cathaloniæ per plures annos vſq; ad Comitem Raymundum Berengarium huius nominis quartũ, qui ſub anno 1137. matrimonium contraxit cum Patronilla aliás Vrraca filia Ramiri Regis Aragonum, ſicque vnio inde facta fuit Regni Aragonum & Comitatus Barcinonæ *citatis authoribus*. Voluente autem

22 tempore Ferdinandus ſecundus, Comes Barcinonæ & Rex Aragonum qui ſub anno 1479. regnare cœpit, in vxorem duxit nobilem Iſabellam Reginam Caſtellæ, cæpitque vnus eſſe Rex Caſtellæ & Aragonum & Comes Barcinonæ. & per plures Reges vſq. ad noſtra tempora ita fuit.

Tandem anno 1641. Principatus Cathaloniæ & inſignis Ciuitas Barcinonæ, cum ſæpius regiminis ſui Regis & miniſtrorum eius conditionem deploraſſet, neque obtinere cum lachrymis potuiſſet vt aliquis ſibi reſpirãdi ab innumeris calamitatibus locus relinqueretur, ſed bello ferociſsimo ſui Regis premeretur cui reſiſtere non valebat, maiorum ſuorum ſequendo exempla qui vt ſe & ſua tuerẽtur, Carolo Magno Imperatori & Regi Franciæ ſaluis ſuis legibus & priuilegijs ſe ſubdiderunt ſimiliter ditioni potentiſsimi Ludouici Regis Francorum qui Cathaloniam defendit & a faucibus mortis vindicauit, ſe ſubiecit. Et hic non ſolum eorum conſtitutiones & leges & priuilegia vſus & cõſuetudines ſeruare promiſit ſed etiam multa alia conceſ- 24
ſit vt ex concordatis apparet. De Rege Chriſtianiſſimo Franciæ vaticinatus fuit Baltazar de Vias *Sil. Reg. fol.* 392.

392. interpretando ſacrā paginā, ſacroſque Doctores, quē refert Franciſcus Matteus Valentinus *in ſuo antiuaticinio fol.* 11. quod tempore extremi & vniuerſalis iudicij huius Mundi erit Imperator Romæ & Rex omniū Chriſtianorum.

EX §. V.

SVMMARIVM.

1 EPiſcopus primus Barcinonæ fuit Theodoſius qui obijt vndecimo anno poſt Chriſti Domini mortem ſecundum vnam traditionem.

2 Epiſcopus primus Barcinonę fuit Heterius creatus a San. Iacobo Apoſtolo anno 4. poſt Domini paſsionem, ſecundum aliam traditionem.

3 Conciliatio iſtarum traditionum.

4 Lucius Dexter tempore Diui Hieronymi floruit & magna authoritate pollet.

5 Traditio Doctoris Garcia refellitur.

6 Tradicio Pineda ſcriptoris circa antiquitatem Chriſtianæ religionis in Ciuitate Barcinonæ.

7 Apoſtoli Petrus, Paulus, & Iacobus 34. anno poſt Domini Natiuitatem in Hiſpaniam venerunt & primo Barcinonam adierunt.

8 Barcinonenſes dicuntur primitiæ Chriſtianæ religionis.

9 Fidem Chriſtianam prima Prouincia Gentilium quę ſuſcepit, fuit Hiſpania & primi Hiſpani Chriſtiani fuerunt Cathalani.

10 Baronij Cardinalis traditio improbatur.

11 Eccleſia Parochialis Sancti Iacobi Barcinonæ fuit conſtructa in loco vbi Sanctus Iacobus concionabatur.

12 In Eccleſia Parochiali Sancti Iacobi Barcinonæ veneramur locum loci vbi Sāctus Iacobus prędicabat.

13 Fides Chriſtiana nunquam Barcinonæ fuit extincta, poſtquam cœpta fuit.

14 Barcinona Imperātibus Diocletiano & Maximiano fuit multorum ſanguine Sanctorum conſecrata & ſignanter Eulaliæ, Felicis, & Cucufatis.

Chri-

BIBLIOTECA ROMA VITT. EMANUELE

15 *Chriſtianorum perſequutio Barcinonæ ceſſauit ex conuerſione Conſtantini Imperatoris.*

16 *Epiſcopi Barcinonæ ſucceſſiue continuati leguntur temporibus Gothorum a primo Epiſcopo.*

17 *A Gothis Arianę Sectę multi Catholici martyrium Barcinonæ paſsi ſunt & ſignanter S. Seuerus.*

18 *Hiſpania purgata fuit ab hęretica infectione Arrij ſucceſsione Recaredi Regis Gothi.*

19 *Barcinona ceſsit Mauris cũ pacto quod ſibi fides Chriſtiana ſeruaretur.*

20 *Barcinonenſes temporibus Caroli Magni, Ludouici Pij, & Caroli Calui fuerũt Chriſtianiſsimi.*

21 *Carolus Magnus vt Sanctus colitur & in Sede Gerunden. altare ſibi ſacrum habet.*

22 *Francorum nomine Chriſtiani intelliguntur in antiquis ſcripturis.*

23 *Barcinonẽſium religio Chriſtiana notiſsima.*

24 *Sanctæ Inquiſitionis Tribunal prius in Cathalonia inſtitutum fuit quam in alia qualibet parte Hiſpanię, & fuit erectũ precibus S. Raymundi Barcinonenſis in Ciuitate Barcinonæ.*

25 *Inquiſitor primus hæreticæ prauitatis fuit creatus San. Raymundus.*

26 *S. Raymundus Barcinonenſis toti Reipublicę Chriſtianę legem dedit.*

27 *Hugo Cardinalis fuit Barcinonenſis & Eccleſiæ Dei ſplendidiſsimum ſua doctrina lumen.*

28 *Barcinonenſium Chriſtianæ religionis teſtes ſunt plurimi Sancti ex ipſis.*

29 *S. Eulalia virgo Barcinonenſis eſt tutelaris Ciuitati & Protomartyr Hiſpaniæ & quare.*

30 *Sanctorũ corpora quæ Barcinonæ ſeruantur.*

31 *S. Matrona Virgo & Martyr in numerum Ciuium Barcinonę miraculoſè referri voluit.*

32 *S. Franciſcus a Borgia fuit Prorex Cathaloniæ & Barcinonæ ſedem habuit.*

§. V.

§. V.

De religione Ciuitatis.

1 QVam antiqua ſit Chriſtiana fides in Ciuitate Barcinonæ facile elicitur ex Epiſcopologio Sedis illius in quo memoriæ proditum eſt primũ Epiſcopum Barcinonæ fuiſſe Theodoſium, quem refert obijſſe vndecimo anno poſt
2 Chriſti Domini mortẽ. Sed plus ſcribit Flauius Lucius Dexter auctor Barcinonenſis grauiſsimus filius Sancti Paciani ex legitimo matrimonio *in hiſtoria annal. ab anno Domini primo vſq. ad annũ* 430. primum Epiſcopũ Barcinonæ fuiſſe Heteriũ creatum a ſancto Iacobo Apoſtolo anno quarto poſt Domini Paſsionem, ipſique Heterio qui fuit Martyr, ſucceſsiſſe in Epiſcopatu Theodoſium quem Sanctum Theodoſium vocat. Hæc loca conciliat Stephan. Gil. Bruniquer *in ſua apologia Ciuitatis Bar. in.*
dicens authorem Epiſcopo- 3
logij Sedis Barcin. neſciuiſſe hunc Heterium martyrẽ, qui fuit Epiſcopus Barcino-
næ ante Theodoſium: non 4
enim poſſumus fidem negare teſtimonio Lucij Dextri, qui a pluſquam mille & ducẽtum ab hinc annis tempore Diui Hieronymi floruit & propter ſuam antiquitatem & grauitatem ſumma authoritate pollet, cui S. Hieronymus magna amicitia ei coniunctus librum ſuum de viris illuſtribus dicauit. Et idem quod Lucius Dexter obſeruat Don Maurus Caſtellanus *in hiſtor. San-*
cti Iacobi Galletiæ fol. 180. Vn- 5
de quoque conuincitur D. Garcia qui *in vita Sancti Olegarij 3. par. digreſ.* 4 §. 4. aſſerit primum Epiſcopum Barcinonæ fuiſſe Theodoſium inſtitutũ a Sancto Iacobo Apo-
ſtolo. Sed Pineda mox citan- 6
dus *vbi infra* refert Ciuitatẽ Barcinonæ vndecimo poſt Chriſti Saluatoris mortem anno fidem Catholicam fuiſſe profeſſam.

Tri-

7 Trigeſimoquarto anno poſt Domini Natiuitatē, vt referūt Pineda *in Monarchia Eccleſiaſt.2.par.lib.10.cap.21.* 33 §.3.Boſch *lib.1.cap.* 13. .*1.* Sāctiſsimi Petrus,Paulus, & Iacobus Apoſtoli in Hiſpaniam venerunt, tanquā tubę Chriſtianæ religionis Euangelium Chriſti prædicantes, & Verbum Dei ſeminantes, prout omnes ipſos tres Apoſtolos veniſſe in Hiſpaniam ſcripſit Lucius Dexter *loco citato*. Stephan. autem Bruniquer *in ſua apologia cap.1. nu.* 28. probat eos primo Barcinonam adiuiſſe, ibiq. gentes ad Chriſti fidem conuer-
8 tiſſe: quare Barcinonam *ſub num.* 11. primitias Chriſtianæ religionis Hiſpanię ap-
9 pellat: ſicut Lucius Dexter aſſerit primam vniuerſi orbis terrarum Prouinciā Gētilium,quę Chriſti fidem recepit, fuiſſe Hiſpaniam, & Andre. Boſch *d.c.*13.§.1.probat primos Hiſpanos, qui Chriſtiani fuerunt effecti,
10 fuiſſe Cathalanos. Et licet Cardinalis Baronius *tom. 9. Annal. a num.* 816. exiſtimet S. Paulum Hiſpaniam non acceſsiſſe, contra tamen noſter Boſch *d. ſ.* 3. ducentum auctores congerit qui contrarium ſcripſerunt.

11 In loco vbi S.Iacobus Barcinonæ concionabatur, fuit ædificata Parochialis Eccleſia ſub inuocatione eiuſdem Patroni,ad cuius vnum latus in altari maiori ſtat S.Petrus & ad alterum S. Paulus tanquā ſocij ipſius S. Iacobi, cui in Concilio Apoſtolorū poſt Domini Paſsionem commiſſa fuit prædicatio Hiſpanię.
12 Et adhuc in eadem Eccleſia Parochiali verſus domū Rectoris veneramur locum loci in quo S. Iacobus prædicabat,vbi ex lapide ſeu ligno magna ſtatura poſitus adoratur & annis proximis repertæ fuerunt antiquæ ſcripturæ de hoc teſtantes.

13 Orta ſemel Apoſtolorum tempore in hac Ciuitate lux Chriſtianæ religionis,nullis vnquam temporum viciſſitudinibus extincta fuit, ſēper ſacris altaribus culta, multorum Martyrum conſtantia roborata, diuinorum miniſtrorum prædicatione aucta, magna ciuium ſeruata

ſrequentia vſque in hodiernum diem permanſit, Roderic. Ximen. hiſtor. Hiſpan. *li. 1. cap. 4.* Boſch. *d. cap. 13. §. 1.* Borrel. *de Reg. Cathol. præſtan. ca. 81.* Auctor proclamationis Ciuitats Barcinonæ ad Regiam Maieſtatem §. 2. Auctor Notitiæ Vniuerſalis Cathaloniæ *cap. 2.*

14 Sic tempore quo Romani Barcinonę, & in reliqua Hiſpania dominabantur, regnantibus Maximiano & Diocletiano Imperatoribus hoſtibus Chriſtianæ fidei crudeliſsimis anno Chriſti 296. fuit hæc vrbs multorũ Sanctorum Martyrum ſanguine conſecrata, & ſignanter Beatæ Eulaliæ Virginis tutelaris eiuſdem, Sancti Felicis, & Sancti Cucufatis, vt meminit Iacobus a Valleſicca *in*
15 *Vſatic. cum dominus.* Et hæc Chriſtianorum perſequutio ceſſauit circa annum 324. ex cõuerſione Conſtãtini Magni Imperatoris filij Sanctæ Helenæ, qui pro libertate Chriſtianæ fidei publicauit edicta tempore Syluestri Papæ, vt obſeruat Bruniquer *in apologia cap. 1. num. 39.*

Sic tempore quo Getæ id 16
eſt Gothi Barcinonæ & in reliqua Cathalonia & Hiſpania regnarunt, reperiuntur ſucceſsiue in Epiſcopologijs continuati Epiſcopi Barcinonenſes a primo Epiſcopo eiuſdem Ciuitatis Apoſtolorum tempore inſtituto, vt notat Eſcolan *in hiſtor. Valētiæ par. 1. lib. 2. cap. 7.* Boſch
lib. 1. cap. 13. §. 1. quamquam 17
aliqui ex Gothis Regibus ſordibus Arianæ Sectæ infecti fuerũt, ideoque eorum tempore Barcinonæ multi Catholici Martyrij Coronam adepti ſunt, & ſignanter Sanctus Seuerus Epiſcopus ipſius Ciuitatis circa annum Domini 480. Sed ab iſta hæ-
retica infectione perfidi Ar- 18
rij purgata fuit Hiſpania ſucceſsione Regis Gothi Recaredi primi, qui regnare cæpit anno Chriſti 576. ſeu ſecundũ alios 585. & iuſsit in terris Regni ſui fidem & religionem Chriſtianam ſeruari, vt commemorat Bruniq. *in apolog. n. 47. & ſequentib. cap. 1.*

Sic tempore quo Sarrace- 19
ni Barcinonam occuparunt,

Digitized by Google

Integra manſit Chriſtiana fi-
des in ipſa: nam vt ſupra ob-
ſeruauimus §.4. Mauris ceſſit Ciuitas cum pacto vt ſibi
fides Chriſtiana ſeruaretur,
& preter eo loco citatos tra-
dūt Bergó *li.11. ſub.anno* 732.
& Auth. Proclamatio. Barci.
ad Regi. Maieſtat §.2. qui no-
tat tēporibus Maurorum nū-
quā defuiſſe Barcinonæ E-
piſcopos, nūquā defeciſſe tē-
pla Chriſtiana, nunquam Sā-
ctorum corpora læſa fuiſſe.
20 Sic tēporibus Caroli Mag-
ni Ludouici Pij, & Caroli
Calui Francorum dominorū
ſuorum fuerunt Barcinonen-
ſes vt ex hiſtorijs facile li-
21 quet, Chriſtianiſsimi: nam
& Carolus Magnus vt San-
ctus colitur & in Sede Ciui-
tatis Gerundæ altare ſibi ſa-
22 crum habet. Franci vero
adeo Chriſtiani habiti ſunt
vt in veteribus monumentis
nomine Francorum Chri-
ſtiani intelligantur vt obſer-
uat Author d. proclamatio.
23 §. 20. Iam vero poſt Reges
Francorum præfatos vſq; in
hodiernū diem religio Chri-
ſtiana Barcinonenſium non
ſolum ex hiſtoricis ſed ex

proprio noſtrarum conſtitu-
tionum volumine & ex me-
moria maiorum noſtrorum
liquido & manifeſtè conſtat.
Prius in Cathaloniæ Prin- 24
cipatu & in Aragoniæ Reg-
no quam in alia qualibet par-
te Hiſpaniæ inſtitutum fuit
Sanctum Inquiſitionis Tri-
bunal aduerſus hæreticam
prauitatem, & fuit erectum
precibus B. Raymundi a Pe-
ñafort Barcinonenſis ex bul-
la Gregorij anni 1233. in Ci-
uitate Barcinonæ, vt obſer-
uant Blaſc. *in hiſtor. Aragon.*
tom.2. lib.4. cap. 10. *num.* 14.
Diago *lib.1. de Comitib. Bar-*
cinon. cap. 5. & ſcribit Ludo-
uic. a Paramo *de origine San-*
ctæ Inquiſitio. lib. 2. tit. 2. ca. 8. 25
num. 1. & 2. Et huius Tribu-
nalis primus Inquiſitor fuit
idem S. Raymundus a Peña-
fort, vt refert Diago in vi-
ta S. Raymundi *cap.* 4. & il-
lud ſemper pro Chatalonia
reſidet Barcinonæ. Idē Bar- 26
cinonenſis Raymundus iuſſu
Gregorij noni Summi Pon-
tificis, cuius pœnitentiarius
erat, Ius Canonicum vniuer-
ſo Chriſtiano orbi commune
compilauit, quo toti Reipu-
blicæ

blicæ Chriſtianæ legem de-
dit, vt in proæmio Decreta-
27 lium ipſe Pontifex Grego-
rius profitetur. Barcinonen-
ſis fuit Hugo Cardinalis Ro-
manæ Eccleſiæ titulo Sanctæ
Sabinæ; qui in omnes libros
ſacrarum litterarum tam ve-
teris quam noui teſtamenti
tam doctè ſcripſit, vt apud
omnes Chriſtianæ Religio-
nis profeſſores in omnibus
mundi partibus habeatur tã-
quam ſplendidiſsimum lu-
mẽ Eccleſiæ Dei, quem fuiſ-
ſe Barcinonenſem & claruiſ-
ſe anno 1240. commemorat
Dionifius a Iorba *in libello de*
excellent. Barcinonæ.

28 Religio Catholica Barci-
nonenſium vniuerſo terra-
rum orbi notiſsima eſt, om-
nibus regionibus mũdi exẽ-
pla præclariſsima ſanctitatis
ad imitandum præbet, cuius
teſtimonium certiſsimũ per-
hibent quamplurimi ciues
cœleſtes Barcinonenſes qui
in Sanctorum numerum re-
lati ſunt & eo coluntur no-
29 mine. Veneramur ex his præ-
cipue B. Eulaliam Virginem
& Martyrem tutelarem Ci-
uitatis, imò Prothomartirẽ,
quia prima fuit quæ in Hiſ-
pania pro Chriſti fide ſe mar-
tyrio conſecrauit, & ideo
Prothomartyris nomen me-
ruit, vt referunt Domenech
& Ribadeneyra *in eius vita*
& antea Cardinalis Baroni.
in annotationib. martyrologij ſub
die 12. Februarij. B. Seuerum,
& B. Olegarium Epiſcopos 30
Ciuitatis eiuſdem, quorum
duorum priorum oſſa & vl-
timi incorruptũ corpus Ec-
cleſia maior Barcinonæ ſer-
uat: B. Pacianum etiam Epiſ-
copum ipſius Ciuitatis, cu-
ius quoque reliquias credi-
tur Barcinonæ exiſtere, B.
Raymundũ a Peñafort cuius
ſepulcrum Cœnobium fra-
trum Prædicatorum Barcino-
næ cuſtodit & nunquam ſa-
tis pro dignitate honorat.
His iũgitur B. Matrona Vir-
go & Martyr cuſtos fideliſ- 31
ſima montis Iudaici ad latus
Barcinonæ ſiti quæ licet ex-
tera, in albo tamen Ciuium
Barcinonenſium ſe adſcri-
bere voluit, dũ corpus eius,
quod in propria Eccleſia ip-
ſius montis retinetur, per
mare a quibuſdam Francige-
nis delatum, in eo monte co-

Digitized by Google

llocari velle miraculoſè ſignificauit vt narrat Pater Vincen. Domenech *in eius vita.*

32 Non ſolum hæc florentiſsima Ciuitas tot ac tantis Sanctis Epiſcopis & Paſtoribus ſuis alijs Martyribus & alijs confeſſoribus gloriatur: Sed & Sancto Prorege ſuo Diuo Franciſco a Borgia Societatis Ieſu qui noſtris fere tēporibus floruit & fuit Dux quartus Gandiæ & Marchio de Lombay Locumtenens Generalis Domini Regis in Principatu Cathaloniæ, & Barcinonę ſedem habuit & poſteadiuina luce illuſtratus extitit religioſus & tertius Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu, genere clariſsimus ſed virtute & humilitate Chriſtiana & religioſa longe clarior & præſtantior, cuius meminit Micha. Ferrer *3.p.obſer.Cathal. cap. 307.* vbi quandam eius ſentētiam refert.

EX §. VI.

SVMMARIVM.

1 *Barcinona eſt caput Cathaloniæ teſtimonio omnium ſcriptorum.*

2 *Barcinona non habet ius ſuperioritatis ſuper alias Ciuitates & Oppida Cathaloniæ.*

3 *Rex tenetur in litteris ſuis ſcribere*, Comes Barcinonę.

4 *Barçinona vocatur Metropolis Cathaloniæ.*

5 *Rex Gothorum Ataulphus primum Cathaloniā ingreſſus eſt cum exercitu ſuo & Barcinonam conſtituit Caput Cathaloniæ.*

6 *Hiſpaniæ caput ante aduentum Domini fuit Tarraco, & poſt temporibus Romanorum Cæſarauguſta, & tempore Græcorum Ciuitas Toleti.*

7 *Barcinona fuit etiam caput Cathaloniæ tempore Romanorum ante Gothorum Regnum.*

8 *Barcinona eſt titulus Cathaloniæ & Domini Cathaloniæ a Barcinona nomen acceperunt.*

9 *Leges antiquæ Cathaloniæ nomine vſaticorum Barcinonæ vocatæ ſunt.*

10 *Comitis appellatione in Cathalonia intelligitur Comes Barcinonæ.*

11 *Comes Barcinonæ ſolus in Catha-*

Cathalonia non agnoſcit Superiorem, cæteri eum agnoſcunt.

12 Comes Barcinonæ debet vocari Princeps, cæteri vero Poteſtates.

13 Inſignia Barcinonæ loco Cathaloniæ conſcribuntur.

14 Comes Biſulduni & alij antiqui Comites habebant multa iura regalia, ſolus tamen Comes Barcinonæ habebat ius condendi leges.

15 Conceſsio aquarum a Bernardo Comite Biſulduni facta declarata fuit valida.

16 Conſuetudo antiqua conſcribendi annum in inſtrumētis a Regno Regis Franciæ.

17 Comes Barcinonæ quando ſucceſsit in Comitatu Biſulduni.

18 Rex & Prorex in initio noui regiminis tenetur præſtare iuramentum in Ciuitate Barcinonæ.

19 Conſules Barcinonæ incedunt cum inſignibus Conſularibus per totam Cathaloniam & per totum Regnum ſui Regis.

20 Belli tempore vnus ex Conſulibus Barcinonæ eſt Dux exercitus gentis Cathaloniæ.

21 Conſules Barcinonę habent ius eo operiendi capita & ſedendi in ſcamnis coram domino Rege.

22 Syndici plures Barcinonæ in Curijs generalibus conſtituūtur & quot.

23 Syndici Barcinonæ in Curijs Generalibus primo loco ſedēt & prius loquuntur pro brachio Regali, licet Conſul d. Ciuitatis non ſit Syndicus & Comitia non celebrentur Barcinonæ.

24 Regia ſententia pro pręcedentia Conſulis Barcinonæ.

25 Barcino & eius Cōſules præcedunt alijs Ciuiatibus & earum Iuratis in Cathalonia: ſicut Cæſarauguſta & eius Iurati in Regno Aragonum omnibus alijs Ciuitatibus & earum Iuratis.

26 Syndici Barcinonæ præcedūt Regno Valentiæ.

27 Legatorum nomine honorātur miſsi ad Regiam Maieſtatē pro Ciuitate Barcinonæ.

28 Proceſſus trium Brachiorū Curiarum Generaliū vbi cuſtodiantur.

29 Scriba maior Domus Ciuitatis Barcinonæ eſt notarius proceſſus Brachij Regalis in

Curijs

Curÿs Generalibus Cathaloniæ.

30 *Viſitatio regiorum officialium ſtatuta eſt fieri in Ciuitate Barcinonę pro tota Cathalonia.*

31 *Gymnaſium Barcinonę creata eſt Vniuerſitas & quibus priuilegÿs & prerogatiuis.*

32 *Barcinonę Ciuitas ſtatuta condit & iuriſdictionẽ exercet ſuper Vniuerſitate ſui Gymnaſÿ & magnos ſumptus pro eius conſeruatione & augmento erogat.*

33 *Gymnaſium Barcinonæ quãdo fuit ædificatum & an antea aliud exiſteret & quale.*

34 *Barcinonę reſident omnia tribunalia quæ per totam Cathaloniam iuriſdictionem exercent.*

35 *Regiæ Audientiæ tranſlatio ad Ciuitatem Gerundæ anno 1634. quæ modico tempore durauit.*

36 *Barcinona teſtimonio pluriũ Regum excellit alÿs omnibus Ciuitatibus Cathaloniæ.*

37 *Barcinona eſt antiquor & nobilior Ciuitas teſtimonio ſcriptorum.*

38 *Barcinona eſt vna ex vrbibus in vniuerſa Europa maiora & ſplendidiora ædificia habens.*

39 *Barcinona fuit prior in Hiſpania Ciuitas quæ ſe a Mauris liberauit & in bellis Comitum Barcinonę Barcinonenſes maiorẽ gloriam quęſierunt quam alÿ quicunque populi.*

40 *Barcinonæ Ciuitas quando Mauri inuaſerunt Hiſpaniam, fuit ex vltimis quæ fuerunt deuictæ.*

§. VI.

Barcino Ciuitas eſt Caput & Titulus Cathaloniæ.

BArcinonã Ciuitatem eſſe Caput Cathaloniç omnes hiſtorici & pragmatici ac legum noſtrarum DD. ſtatim proclamãt, Thom. Mieres *par. 1. colla. 2. cap. 37. nu. 2.* vbi ſubdit quod non tamen habet 1
ius ſuperioritatis quo ad 2
alias

alias Ciuitates & loca Cathaloniæ Marquil. in Vſatic. ſechiam molendinorum verſ.no-
3 ta 7.vbi ait quod dominus Rex ad denotandum Barcinonam eſſe caput Principatus tenetur in litteris & cartis & ſigillis ſuis,prout conſtitutum eſt in conſtitutione Petri II.cap. 35. in curia Barcinon ſcribere, Comes Barcinonæ.Oliba de actionib. par.1. lib.3.cap.2.nu.10. & 11. Ferrer 1 par.obſer.cap.57. Fontanel.de pact.nuptia.tom.1.clauſ. 4.gloſ.8.num.21.Berat.in ſpecul.viſitatio. cap. 22. num.10. Andre.Boſch.de titul. honorific.Cathal.lib. 4.cap.3. & ego ipſe de offic.iudic.& aduo. par. 1.quæſt.15. num. 135. & ex hiſtoricis Frater Ioan Pineda in Monarch.Eccleſiaſtic.li.14. cap.16.§. 3. Blondus de declinatione Imperij Romani lib.1. decad. 1.Boter.in relatio. Vniuerſ. orbis par.1. lib.1. Salazar de Mendoça libro de dignitatibus ſecularibus Caſtellæ cap. 8.& 14.Hieronym. Puiades in hiſtor. Vniuerſal. Cathal.lib. 6.ca.1.Author Notitiæ Vni-
4 uerſal.Cathal. cap. 5. num. 5. Metropolim Cathaloniæ appellant Berat.d.cap.22.nu.10. Olib.de iure fiſci.cap.1.nu. 18. Boſch d.c.3. Sed cur ad ſcriptorum teſtimonia confugimus,dum Imperialem & Regiam authoritatẽ habemus? Carolus Quintus Imperator priuilegio Barcinonæ conceſſo 4.Decemb.1533. de ipſa expreſſe ait quod eſt Caput & Metropolis Regni, & antea idem dixerunt Rex Petrus priuilegio anni 1339. & Rex Ferdinandus priuilegio anni 1515.

Huiuſce rei originem a 5
Rege Gothorum Ataulpho repetere neceſſe eſt:hic enim primus Regum Gothorum Cathaloniam ingreſſus eſt, qui a Gallia Narbonenſi cum exercitu ſuo Pyreneos mõtes tranſiliens per terram Roncilionis veniens magnã Cathaloniæ partem cæpit & Barcinonæ tanquam in nobiliori Ciuitate Sedem poſuit ſuam, eamq. conſtituit Caput Cathaloniæ,vtì Blondus,Puiades, & Pineda, locis citatis commemorant, atque attigit Auctor d. Notitiæ 6
Vniu.d. cap.5.nu.5. Nec contradicit Guillel. a Valleſicca

in

in *vſat.cum dominus nu.*15.vbi obſeruat ante aduentũ Chriſti Domini Caput Hiſpaniæ fuiſſe Tarraconẽ: poſt aduẽtum autem Chriſti tempore Romanorum fuiſſe Cœſarauguſtam, tempore vero Græcorum Ciuitatẽ Toleti fuiſſe Caput Hiſpaniæ. A præfato ingreſſu Cathaloniæ incepit Gothorum Regnum in Hiſpania, per quam poſt Cathaloniã propagatum fuit vt notat Puiadas *dict. cap.* 1. *l.b.* 6.

Sed & iam tẽpore Romanorum, antequam Gothi in Hiſpania regnarunt, fuit Barcino Caput Cathaloniȩ, cum eſſet Colonia Romana, vt facile cõſtat ex his quȩ ſuo loco notauimus *inferius in* §.8.

8 Similiter Barcinona eſt titulus Cathaloniæ: quia Principes ſiue Domini Cathaloniæ nomen Comitum Barcinonæ acceperunt & ab ea tanquam a capite Cathaloniæ & digniori parte ipſius denominati ſunt *conſtitutio.* 1.*tit.de titol de Princep.* Oliba. *de iur.fiſc.cap.*1. *num.* 18. Stephan. Gilber. Bruniquer *in ſua apologia Ciuitatis Barcino.* *cap.*1.*num.* 68. & 69. Et ego *de offic. iud. & aduoc. par.* 1. *quæſt.*15.*num.* 135. Hinc leges 9 antiquæ Cathaloniæ nomine vſaticorum Barcinonæ vocatæ ſunt ſumpta appellatione ab ea Ciuitate, a qua & Princeps eiuſdem Principatus denominatur, Comes Barcinonæ *vſatic.omnes quippe naues tit. de commerico & ſecuritate viarum.* Oliban. *d. cap.*1.*num.*18. Mier.*collatio.*2. *in Curia Barcin.Petri. II. cap.* 34. Hinc etiam in Cathalo- 10 nia appellatione Comitis in ſingulari intelligitur Comes Barcinonæ prout in ſingulari fit mentio Comitis in regalibus ſoli Principi & Domino Superiorem non recognoſcenti competentibus Guillel.a Valleſic. *in vſatic. cum dominus.* Calici. *in extragrauator.curiar. cap.*6. Oliba. *d.cap.*1. *num.*13. exempla ponit Valleſicca in vſatic. Camini cũ vſat. ſeq. & in vſat. Princeps namq. vſat. ſimiliter & ſi ſenior vſat. Chriſtiani vſat. rupes vſat. ciues. Hinc quoque ſolus Comes Barcinonæ in Cathalonia nõ 11 recognoſcit Superiorem, & cæte-

cæteri Comites in Cathalonia eum tanquam Superiorē agnoſcunt, ideoq. & ſolus habet poteſtatem legis condendæ, Calici. *in Vſat. cū dominus* Guillet. a Valleſicca *in Vſat. antequam Vſatici.* Marquil. *in Vſat. hæc ſunt Vſu alia* Oliba.

12 *in d. cap. 1. num.* 12. Sed & Marquilles *in Vſat. Auctoritate & rogatu. 2. Verſic. Et videtur. fol.* 258. *colu.* 3. dicit quod Comes Barcinonę debet vocari Princeps: cæteri vero Comites Cathaloniæ nuncupari debēt Poteſtates. Propterea Bruniquer *in d. apologia ca.* 1. *n.* 69.

13 curaculus adnotauit quod in deſcriptione Hiſpaniç ab Heſſel Cartaſsē edita anno 1612. vbi inſignia omnium Regnorum Hiſpaniæ depinguntur, inſignia Ciuitatis Barcinonæ loco Cathaloniæ conſcribuntur.

14 Verū eſt quod antiquitus tempore Comitis Barcinonę Comes Biſulduni & alij ſimiles antiqui Comites in Cathalonia habebant multa iura Regalia, ſed ſolus Comes Barcinonæ habebat ius condendi leges per totam Cathaloniam generales & alij Comites erant illi ſubditi, vt colligitur ex Marquil. *in Vſat. antequam Vſatici. Verſic. quæro hic ſecundum Iacobum de Valleſica. & in Vſat. Hæc ſūt Vſualia. Verſic. quæro* 2. Calicio *in Vſat. cum dominus. Verſic. oppone de medio. & Verſic. Sed quæro an alij Comites. & in Vſat. Hæc ſunt Vſualia Verſic. Et hic quæro an Vſatici.* Olib. *de iur.* 15
fiſc. ca. 1. *num.* 11. 12. & 13. Ideò ſub anno 1635. Regium tunc Concilium Baiuliæ Generalis Cathaloniæ me referente ſententiā protulit pro validitate conceſsionis aquarum Villæ Oloti quondam a Bernardo Comite Biſulduni factæ Monaſterio Sanctæ Mariæ Riuipulli inſtrumēto acto 19. Chalend. Septemb. anno 38. Regni Philipi Regis. Et nota quod hæc annorum dinumeratio intelligitur de Philippo Rege Franciæ: quia 16
vt memorat Zurita *annal. Coron. Aragonum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. fuit conſuetudo per totam Cathaloniam in omnibus inſtrumentis apponere annū à Regno Regis Franciæ & durauit hæc conſuetudo a tempore Ludouici Imperatoris

Digitized by Google

filij Caroli Magni vſq.ad tẽ-
pus quo Principatus Catha-
loniæ fuit vnitus Regno A-
ragonum & adhuc aliquibus
17 poſtea annis. Sed & Comes
Barcinonæ ſucceſsit Comita-
tui Biſulduni anno IIII. per
obitum Bernardi Guillelmi
Comitis Biſulduni, ſi credi-
mus Zuritæ *d.tom.1.lib.1.c.35.*

18 Cum hæc florentiſsima
Barcinonenſis Ciuitas ſit Ca-
put & titulus Cathaloniæ,
conſtitutum eſt vt quando
dominus Rex in Regno ſuc-
cedit & pro regimine Prin-
cipatus illum ingreditur, te-
neatur eam accedere & in ea
tanquam in nobiliori & an-
tiquiori Ciuitate & Capite
Cathaloniæ ſui muneris iu-
ramentum in ipſo regiminis
initio præſtare,& idem eſt in
quocunque nouo Prorege &
Locumtenente Domini Re-
gis in eodem Principatu, li-
cet id ipſum iuramentũ Pro-
rex idem præſtiterit ſtati-
matque Principatum ingre-
ditur, quo priori iuramento
præſtito ſolet iam iuriſdi-
ctionem exercere dum eſt in
via ad Ciuitatem Barcinonæ.
Eſt Priuilegium Regis Ara-
gonum Petri Tertij Dat.14.
Chalend.Nouemb. 1339. Ci-
uitati Barcinonæ conceſſum,
cuius meminerunt Oliban.
de iur. fiſ.ca.4.num.34. Ferrer
3.par.obſer.c.82. Berar. *in ſpec.
viſitati.cap.22.num.15.* Boſch.
de tit.honorif.lib.4. cap.3. §.1.
& antea Mier. *collat.7. in Cu-
ria Reginæ Eleonoris in Ciuita-
te Dertuſæ cap.5. n.16.* late de
hoc *in proceſſu Curiarum anni*
1585.

Inde dimanat alia præro- 19
gatiua Ciuitatis Barcinonæ
cuius mentionem facit Fon-
tanel. *to.1.de pac. nupti. clau.3.
gloſ.1.a num.9.* nam Conſules
eiuſdem incedunt per totam
Cathaloniam cum inſignibus
& togis Conſularibus & ſuis
virgarijs ac tubicine quo-
dam preeunte,quod Conſu-
libus aliarum Ciuitatum &
Villarum Cathaloniæ non
permittitur, & his moribus
vtimur antiquiſsimis, itaque
aliquando contradictione fa-
cta obtentum fuit contra Ci-
uitatem Dertuſę, & anno
1446. fuit ita declaratum in
Ciuitate Eſtellæ Regni Na-
uarræ in fauorem Barcino-
næ per Regem Ioannem &

vidi

vidi ſeruatum Ilerdæ anno 1626. quando eò acceſsit Cōſul in Capite Barcinonenſis propter Curias generales quæ ibi inceptæ fuerunt per Philippum Quartum. Sed & ita inceſſerunt ſemper per totam Hiſpaniam & Curiam Regiæ Maieſtatis Conſules Barcinonenſes. & hodie in concordatis cum Rege noſtro Francorum inuictiſsimo ita expreſsè conuentum eſt per totam Franciam & Regiam Curiam. Oritur ex eodem fonte aliud honorificū

20 priuilegium Barcinonæ, quia tempore belli in Cathalonia vnus ex Conſulibus præfatæ Ciuitatis eſt Dux exercitus gentis totius Cathaloniæ vulgo *Coronell* vt confirmat & de anno 1409. & alijs antiquis temporibus teſtatur Andre. Boſch. *lib. 4. cap. 3. §. 1.* & nos hac tempeſtate, qua omnia bello miſcentur, experimur, & experti antea fuimus anno 1639. in obſidione Caſtri de Salles.

21 Hinc quoque infertur ad alium inſignem honorem Conſulum Barcinonæ, qui ipſis, non alijs aliarum Ciuitatum Cathaloniæ exhibetur, quoniam habent ius cooperiendi capita & ſedendi in ſcamnis capitibus tectis coram Domino Rege, Berar. *d. ca. 22. nu. 13.* Boſch. *d. cap. 3.* §. 1. latiſsimè doctiſsimi Aduocati & Conſultores Ciuitatis qui anno 1632. de hoc iure pro illa accuratiſsimè ſcripſerunt. Et hodie in concordatis cum Rege noſtrò Francorum potentiſsimo ita quoque cautū expreſſe fuit.

22 Conſequitur alia præheminentia Barcinonæ quod in Curijs Generalibus quæ pro Principatu Cathaloniæ celebrantur, longè plures Syndici præfatæ Ciuitatis quam aliarum admittuntur vt notat Calici. *in extragrauatorio Curiarum dubio 6. circa fin. in verſic. quæro an vniuerſitas.* vbi obſeruat quod in 2. Curia generali Barcinonæ per Regem Iacobum Secundum habita interuenerunt viginti quinque Syndici pro eadem Ciuitate & in prima Curia Generali ibidem & eiuſdem Iacobi Regis adfuerunt decem & ſeptem Syndici pro prælibata Ciuitate

Digitized by Google

& communiter duo Syndici
aliarum Ciuitatum & Villa-
rum Cathaloniæ, quamquam
ſubdit ſua tempeſtate ſolere
Barcinonam cõſtituere qua-
tuor Syndicos, cœteras vero
Vniuerſitates duos vel vnũ,
& ita quoque video meo tẽ-
23 pore in Gurijs anni *1626*. &
1632. ſeruatum.

Et hi Syndici Barcinonæ
in Curijs Generalibus ex
conſuetudine immemoriali
primo loco ſedent & prius
loquuntur pro Brachio Re-
gali vt ſcribit Berar. *in ſpecul.
viſitatio. cap. 22. num. 23.* Çar-
rouira *in ſuo ceremoniali cu-
riarum,* ſicque Syndicus Bar-
cinonæ præſidet in ipſo Bra-
chio Regali: quod extende
licet Syndicus Barcinonæ nõ
ſit Conſul dictæ Ciuitatis, &
licet comitia non celebren-
tur Barcinonæ ſed in alia
qualibet Ciuitate vel loco
Cathaloniç vt legi plura exẽ-
plaria, & ſignãter anno 1495.
in Curijs Dertuzæ præceſsit
Ioannes Llull Syndicus Bar-
cinonæ qui non erat Conſul,
& anno 1476. in Curijs Iler-
dæ Petrus de Coromina Syn-
dicus Barcinonę qui non erat
Conſul, & anno 1375. in Cu-
rijs Ilerdæ Raymundus Çar-
rouira Syndicus Barcinonæ
qui non erat Conſul, & anno
1429. in Curijs Dertuſæ Ioã-
nes Fiualler Syndicus Barci-
nonæ qui non erat Conſul, vt
in proceſsibus prædictarum 24
omnium Curiarũ videre eſt.
Et in regeſtro epiſtolarum
anni 1515. in domo Ciuitatis
Barcinonæ legitur epiſtola
quædam dat. 5. Nouemb. 1515.
ad Conſules eiuſdem Ciuita-
tes tranſmiſſa, qua certiores
fiunt quod cum Patiarius ſi-
ue Conſul Ilerdenſis prætẽ-
deret in ingreſſu dominę Re-
ginæ & Curijs Ilerdę pręire
Conſuli Barcinonæ, Regina
cũ voto Archiepiſcopi Tar- 25
raconæ contrarium decidit,
quod etiam habes *in 1. Vermil.
domus Ciuitatis Barcinonæ fol.*
1548. nam Barcino Ciuitas &
eius Conſules præeminent
& antecedunt omnibus Ciui-
tatibus & earum Conſulibus
in Cathalonia, ſicut Cęſarau-
guſta Ciuitas & eius Iurati
in Regno Aragoniæ omni-
bus alijs Ciuitatibus & earũ
Iuratis ſiue Conſulibus in ſuo 26
Regno *vt in 3. virido fol. 51.*

Imo

Imo Syndici Barcinonæ præcedunt Regno Valentiæ vt declarauit Rex Petrus, & ſcripſit Belluga Valentinus *in ſpecul. Princip. rub. 6. nu. 24.*
27 Boſch. *lib. 4. cap. 3. §. 1.*

Præterea ſi qui ad Regiam Maieſtatem a Ciuitate Barcinonæ mittantur pro negotijs Reipublicæ, nomine legatorũ ſiue *Embaxadors* donantur ex priuilegio Ferdinandi Dat. 13. Decemb. 1498. qui autem ab alijs Ciuitatibus Cathaloniæ tranſmittũtur, nomen Syndicorum retinent Berar. *d. cap. 22. nu. 23.*
28 Boſch. *d. cap. 3. §. 1.*

Sic in conſtitutione Ferdinandi II. anni 1510. *quæ eſt 13. tit. de celebratione curiarum* cautum eſt vt cum Curiæ Generales conſtent ex tribus brachijs ſcilicet Eccleſiaſtico, Militari, & Regali, proceſſus omnes brachij Eccleſiaſtici a cœtero cuſtodiãtur in archiuo domus Generalis Cathaloniæ, Regalis autem in archiuo domus Ciuitatis Barcinonæ tanquam in Capite & Titulo Cathaloniæ, ex qua cõſtitutione præter alia fundamenta probãt noſtri ſcriptores & ego *in libro de offic. iudic. par. 1. quæſt. 15. n. 135.* Barcinonam eſſe Caput Cathaloniæ. Eadem ratione effici- 29
tur quod in omnibus Curijs Generalibus ſcriba maior domus Ciuitatis Barcinonæ eſt Notarius proceſſus Brachij regalis & obſeruat Çarrouira *in ſuo ceremoniali curiarum* ita eſſe debere.

Similiter & eadem ratio- 30
ne in cap. 5. curiarum anni 1599. Philippi cum ſtatuatur Syndicatus & viſitatio generalis aduerſus regios Officiales, qui iudicio tabulæ (vt diximus) non ſubijciuntur, pro tempore certa forma in eo capite contenta facienda, ſancitum eſt vt illa debeat fieri in Ciuitate Barcinonæ pro tota Cathalonia tanquam in Capite & Titulo ipſius.

Omniũ ſcientiarũ Gym- 31
naſium & litteraria Paleſtra non alia ex cauſa in eadem Ciuitate floret, & Vniuerſitas creata eſt tam authoritate Pontificia ex bulla Nicolai Quinti Sũmi Pontificis dat. primo die Chalendas Octobris 1450. cum eiſdem prerogatiuis & indultis, quæ per

Sedem

Digitized by Google

Sedem Apoſtolicam Vniuerſitati Ciuitatis Toloſæ conceſſa fuerat, quam etiam authoritate Regia ex priuilegio Alphonſi Quarti dat. 3. Septembris 1450. cum omnibus præheminentijs & gratijs per Regiam Maieſtatem

32 Vniuerſitati Ciuitatis Ilerdæ conceſsis. Diriguntur præfata priuilegia Nicolai Quinti & Alphonſi Quarti Ciuitati Barcinonæ quæ domina eſt huius Scholæ & eam plurimis magniſque ſumptibus ſeruat & auget, in ſtipendijs Doctorum erogandis liberalem præ ſe ferens. Statuta condit in ipſa &. iuriſdictionem exercet ex eiſdem priuilegijs. Ibi quotidie Doctores tum Theologiæ tum Legum, tum Medicinæ, & Phi-

33 loſophiæ prædicta auctoritate Pontificia & Regia fiunt. Litteraria Schola ſita iuxta mænia vrbis, quæ hactenus noua vocatur, fuit anno 1536. cæpta ædificari 18. Octobris ex deliberatione Concilij Ciuitatis facta 10. Augusti eiuſdem anni, cum multis antea annis eſſet alibi in eadem vrbe Studium generale, in quo non ſolum Grammatica & Philoſophia ſed etiam Iuriſprudentia & Medicina docebatur, vt conſtat de anno 1340. ex quadam epiſtola Conſulum Barcinonæ ad Cõſules Ilerdæ 4. nonas Octob. dicti anni.

In Ciuitate Barcinonæ tãquam in Capite & Titulo Cathaloniæ reſident omnia tribunalia, quæ vniuerſalem iuriſdictionẽ per totũ Principatum exercent, cuiuſmodi ſunt Regium Conciliũ, Magiſtratus Rationalis Regij, Baiulia Generalis Cathaloniæ, Generale Deputationis Principatus. Regium archiuum Barcinonæ collocatum eſt. Sed & Sanctæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem tribunal pro tota Cathalonia ſtat quoque erectum Barcinonæ. Et quamquã anno 1634. præfata Regia Audientia cum Magiſtratibus Rationalis & Baiuliæ ex regio præcepto fuerit ad Ciuitatem Gerundæ tranſlata, tamen nondum duo fuerant lapſi anni, quado ad priſtinã Sedem Barcinonenſem reſtituta fuit, docente experiẽtia 34 35

tia

Digitized by Google

tia rerum magiſtra malum prioris tranſlationis conſiliū
36 vt late ſcripſi *de offic. ind.&* *aduoc.par.1.quæſt.15.ex nu.131.*

Hanc inclytam Ciuitatem nemo non credidit præ alijs omnibus Cathaloniæ ſemper excelluiſſe. Rex Aragonum Petrus priuilegio anni 1339. vocat eam antiquiorē & notabiliorēCathaloniæ.Rex Iacobus priuilegio anni 1285. & Rex Martinus priuilegio anni 1402. vocant illam nobiliſsimam. Rex Ferdinādus priuilegio anni 1510. & CarolusQuintus Imperator priuilegio anni 1534.nuncupant
37 eam præcipuam & principalem Ciuitatem per omnia mundi climata. Antiquiorē & nobiliorem Cathaloniæ Ciuitatē eſſe probant Thom. Mier.*collatio 7. Reginæ Eleonor.in curia Dertuſæ cap.5. nu.* 15.Andre. Boſch *de titul. ho-*
38 *norific.Cathal. lib.4. cap.3. in prin.* Berar. *in ſpecul.viſitatio. cap.22.num.24.*Sed & Petrus a Metina de excellentijs Hiſpaniæ *cap.43.in fin.* aſſerit Barcinonam eſſe vnam ex
39 vrbibus quæ in tota Europa maiora & ſplendidiora ædificia habet. Fuit prior in Hiſpania Ciuitas quæ a iugo Maurorum ſe liberauit,vt refert Zurita *par.1.lib.1. cap.9.* Bleda. *de reſtauratione Hiſpaniæ lib.3.cap.23.*qui etiā aiunt in bellis quæ tempore Comitum Barcinonæ & expulſionis Sarracenorum viguerūt, Barcinonenſes maiorem gloriam quæſiuiſſe, quam alius quicūque populus,quod quoque ſcripſit Boſc.*lib.1.cap.13.* 40
§ 6. Et eadem Ciuitas tempore quo Mauri inuaſerunt Hiſpaniam , fuit ex vltimis quæ fuerunt deuictæ,& ceſsit cum pacto conſeruādæ Chriſtianæ religionis, vt probat Bruniq.*in d.apologia cap.1.nu. 56.& 57.*

EX §. VII.

SVMMARIVM.

1 *Regia Sedes Ataulphi primi Gothorum in Hiſpania Regis atque Athalarici etiam Gothorum Regis fuit Ciuitas Barcinonæ.*

2 *Comitalis vrbs tempore Comitum Barcinonæ fuit eorum pre-*

Digitized by Google

præfata Ciuitas & quod fuerit eorum palatium.

3 Reges Aragonum Barcinonam inhabitarũt & quæ fueris Regia eorum aula.

4 Proreges in Cathalonia creati fuerunt a tempore Ferdinandi Secundi & eorum tribunal eſt ſupremum.

5 Proreges Cathaloniæ fere ſemper Barcinonæ ſedem habuerunt.

6 Principis authoritas ex habitatione in loco ſplendido & illuſtri augetur.

7 Prorex & Regium eius Concilium hodie reſidere debent Barcinonæ ex concordatis.

8 Barcinonæ nomen fuit horribile exteris nationibus.

9 Barcinonæ laudes ex Petro Antonio Beuter.

10 Barcinonæ laudes ex ſcriptoribus Germanis.

11 Reges Aragonum vtuntur inſignibus Ciuitatis Barcinonæ ex conuentione.

12 Barcinonenſium victoriæ & prælia glorioſiſſima.

13 Barcinonæ laudes & encomia ex pluribus authoribus remiſſiuè.

14 Barcinonæ laudes excellentiſſimæ ex Iacobo Marquilles.

§. VII.

Ciuitas Barcinonæ eſt Regia Sedes.

HÆC illuſtriſſima Ciuitas Gothorũ tẽpeſtate Ataulphi primi eorum in Hiſpania Regis Regia Sedes fuit, vt referunt Diago *in noua deſcriptione Cathaloniæ verb. Barcinona.* Pujades *in hiſtor. vniuerſ. Cathal. lib.6. cap.1.* Blondus *de declinatio. Imper. Roman. lib. 1. decad. 1.* Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtic. lib.14. cap.16.* Iulian. de Caſtillo *in Chron. Regum Gothorum.* Fuit quoque Regia Sedes Athalarici alterius Gothorum Regis, vt obſeruat Pujadas *lib.6. cap. 49.* Præterea Barcinonenſiũ Comitum æuo Comitalis eorũ vrbs fuit, vt notat Diago *vbi ſupra* Boter. *lib. 2. de magnificentia Ciuitatum tit. de reſidentia Principis.* idem Diago. *de Comitibus Barcinonæ lib.1. c.13.* & au- 1 2

& aula eorum eſt hodie do-
mus monachorũ Sancti Ber-
nardi in eadem vrbe vt ſcri-
bit Dionyſi.de Iorba *in ſuo li-
bello de excellentijs Barcinonæ*
& Platina *de vitis ſummor. Pō-*
3 *tificum*. Poſtea Reges Arago-
num Barcinonã quoque co-
luerunt & eorum palatium
eſt hodie dominorum Inqui-
ſitorum hæreticæ prauitatis
in quo Regię Maieſtatis mul-
ta reliqua ſũt veſtigia & mo-
numenta & ſignanter archi-
uum Regium. Demum cum
4 tempore FerdinandiSecundi
vnitum eſſet Regnum Ara-
gonum cum Regno Caſtellę,
ab hac ætate fuerunt creati
Proreges inCathalonia, quo-
rũ tribunal ſupremum eſt,
& idem cum Domini Regis
5 vt tradidi *de offi. iud. & ad-
uoc. par. 1. quæſt. 7. num. 97*. Et
iſti Proreges ſemper vſq. in
hodiernum diem Regiam
Sedem Barcinonæ habuerũt,
licet annis 1634. & 1635. prop-
ter negocia belli aut alia ſi-
niſtra conſilia Gerundæ te-
nuerint vt ſcripſi *d. p. 1. quæſt.*
15. ex num. 131. quare merito
Ciuitas Barcinonæ dicta eſt
RegiaSedes, Oliba *de iur. fiſc.*
cap. 1. num. 18. Andre. Boſch.
de titul. honorific. lib. 4. cap. 3. 6
colum. 1. Nam vt docet Iuſtus
Lipſius *Politic. li. 4. c. 9.* Prin-
cipis auctoritas ex habitatio-
ne in loco ſplendido & illuſ
tri augetur; vnde in omnes
Principatus partes regimeñ 7
habeat. Hodie in concordatis
cum Rege noſtroFrancorum
Chriſtianiſsimo expreſsũ eſt
pactum quod Prorex & Con-
cilium Regiũ debeat reſidere
in Ciuitate Barcinonæ. 8

Quam illuſtris & inſignis
ſit Ciuitas Barcinonæ, quam
plurimi ſunt teſtes. Teſtis eſt
Marineus Siculus relatus à
Dionyſio de Iorba *in libello
de excellent. Barcin. fol. mihi 3.*
qui ſcripſit nomen Ciuita-
tis Barcinonę horribile fuiſ-
ſe potentibus Hiſpaniæ, Frã-
ciæ, & Italiæ, atque etiam Af- 9
fricæ. Teſtis eſt Petrus An-
ton. Beuter. *in Chronic. gene-
ral. Hiſpan. par. 1. cap. 14.* vbi
inquit eandem Ciuitatem
per mare, & terras fuiſſe po-
tentem & celebrem inOrbe,
magiſtram prudentiæ & ho- 10
neſtorum morum, dediſſeque
alijs nationibus leges fidei
& fidelitatis. Teſtes ſuntGor-
dius

dius Branũ & Franciſcus Ho-
gemberch ſcriptores Germa-
ni *in Chronic.* vbi Barcinonã
vocant Principibus & equi-
tibus nobiliſsimam,victu fe-
raciſsimam, armis potentiſ-
ſimam & potentiorem omni-
bus fere Ciuitatibus tam ma-
ris quam terræ, fama clariſ-
ſimam propter res a ſuis præ-
clare geſtas & monumenta
maiorum; nomen & poten-
tiam eius aſſerunt fuiſſe for-
midini & Franciæ & Affricæ,
& alijs Regionibus & Prin-
cipibus Mundi, regimẽ Rei-
pub.ipſius exemplar exteris
Ciuitatibus,& denique aiunt
illam in multis anteponi &
præferri omnibus Ciuitati-
11 bus Orbis terrarũ. Quod ag-
nouerunt Aragonenſes quã-
do Comes Raymundus Be-
rengarius cum Patronilla fi-
lia Ramiri Regis Aragonum
matrimoniũ contraxit, quia
conuentũ fuit vt Reges Ara-
gonũ vterẽtur inſignibus Co
mitũ Barcinonæ prout vtun-
tur nempe quatuor bacillis
rutilis in campo aureo vt re-
12 ferunt Zurita *in annalib.tom.*
1.lib.2.cap.1. Garibay *cap.31.*
Teſtes ſũt glorioſiſsima præ-
lia & victoriæ Barcinonen-
ſium,quas memorant Zurita
*lib.1.c.9.*Bleda *in hiſtor.Mau-*
ror.lib.3. cap.23. Boſch *li.1.c.*
13.§.6. Auctor proclamatio-
nis Barcin. ad Reg. Maieſta.
§.6. atque nouiſsima ac ce-
leberrima victoria Barcino-
nenſium in monte Iudaico,
quam attigi *ſuperius §.3.* quæ
vim penè omnem potentiæ
Regni Caſtellæ tunc confre-
git, vbi ſexcenti ex noſtris
homines fugarunt nouẽ mil-
le hoſtium aggreſſorum il-
lius montis, & magnam at-
que (quod magis eſt) nobi-
liorem eorum partem occi-
derunt, reliquis cum alijs
duodecim ſeu terdecim mille
peditum & equitum, qui in
conſpectu Ciuitatis in plano
militauerant, ſemiuiuis ter-
gã vertentibus vſque ad Ci-
uitatem Tarraconæ. Teſtes 13
ſunt Iacobus Marquilles *in*
vſatic.ſequiam Andre.Boſch,
*lib.4.cap.3.*Dionyſi.de Iorba.
in prædicto ſuo libello Ludouic.
Nonius *in ſua Hiſpania cap.*
*88.*Bruniq.*in ſua apologia cap.*
*1.*qui encomia huius floren-
tiſsimæ Ciuitatis ad Cælum
vſque extollunt, ex quibus
Boſch

Boſch *d.cap.3 §.1.* & Gabr.Be-
14 rar. *in ſpeculo viſitatio. cap 22.* priuilegia præfatæ Ciuitatis recenſent. Subijciam dumtaxat hoc loco pro coronide huius §. verba IacobiMarquilles de illa loquẽtis *in d. vſat. ſequiam verſic. nota quarto* quę laudes Barcinonæ breui gyro accingunt & ſunt quæ ſequuntur.

Nota 4. quod prædictis plenarie recenſitis profecto lætari debent in domino ciues & incolæ de tanta Ciuitate quæ non ſolum de præmiſsis, imo de alijs quam plurimis excellentijs perdotata eſt: nam antiquitate eſt veneratiſsima, regimine fælicisſima, domino Regi & Comiti ſuo fideliſsima, in dignitate perſulgentiſsima, in proſperitate de bono in melius auguſtiſsima, in tribulatione patientiſsima, in benefaciendo elargiſsima, in crimina puniendo inſtigatiſsima, in neceſsitate pijſsima, in auſteritate robuſtiſsima, ædificijs vrbanis famoſiſsima, ingenio ſubtiliſsima, diuitijs abundantiſsima, prudentia regulatiſsima, ſapientia laudabiliſsima, ſcientia præditiſsima, virorumque ornatibus & mulierum pretioſiſsima, Eccleſia Cathedrali & alijs venerabilibus Eccleſijs ſplendidiſsima, magnifico hoſpitali & fertili praornatiſsima, monaſterijs vtriuſq. ſexus fructuoſiſsima, belligeriſq. ciuibus animoſiſsima Doctoribus facultatis vtriuſque nobiliſsima, Notarijs ſcriptoribuſque directiſsima, muris valloque notabiliter circundatiſsima, & alijs bonis naturæ & fortunæ & operibus virtuoſis præclariſsima, nec non vitijs inde prorſus extirpatiſsima. Hactenus Marquilles.

EX §. VIII.

SVMMARIVM.

1 *BArcino fuit effecta Colonia Romana priuilegio Iulij ſeu Auguſti Cæſaris Imperatoris Romani.*

2 *Lapidibus antiquiſsimis Barcinonenſis vrbis conſtat hanc Ciuitatem fuiſſe Coloniã Romanam, & multi ex huiuſmodi lapidibus deſignantur, num. 3.*

4 *Prærogatiuæ quas tempore Romanorum habebant Roma-*

ne Coloniæ, referuntur.

5 *Differentiæ inter Colonias Romanas & Latinas.*

6 *Colonia Romana plus fuit quam Ciuitas Municipalis vel Latina, aut populus confederatus, ſeu ſtipendiatus, quæ omnes Ciuitates & populi ſub Colonijs Romanis erant.*

7 *Municipalis Ciuitas Romæ quæ fuerit & vnde ita diceretur.*

8 *Municipij Romani priuilegium conſequuta fuit Ilerda atque etiam Egara, quæ hodie Terracia appellatur.*

9 *Municipes late ſumpto vocabulo dicuntur ciues eiuſdē Ciuitatis.*

10 *Latina Ciuitas quæ diceretur.*

Italici populi ſeu qui iure Italico fruebantur, vectigalia Romę non ſoluebant. n. 10.

11 *Confederati populi qui dicerentur.*

12 *Stipendiati populi qui nuncuparentur.*

13 *Barcinona potiebatur iure Italico, ſicque a vectigalibus Romę ſoluēdis immunis erat.*

14 *Barcinonenſes probantur nobiles tam tempore Romanorum quam noſtro.*

15 *Mulieres in Cathalonia & præſertim Barcinonæ ſumūt nomen familiæ maritorum tracta conſuetudine a matronis Romanis. Et quid in alijs nationibus num. 17.*

16 *Senatoris filia ſi nubat, dignitatis paternę particeps non eſt, ſed mariti radijs fulget.*

18 *Carceres Barcinonæ ſunt reliquiæ Romanorum vbi capta extitit S. Eulalia.*

19 *Cloacæ publicæ Barcinonæ ſunt reliquiæ Romanorum.*

20 *Barcinona fuit Conuentus iuridicus & Cancellaria Romana.*

21 *Adrianus Imperator pro iure reddendo Hiſpaniam in ſex diuiſit Prouincias, quarum vna erat Tarraconenſis & hæc diuiſa fuit in 14. Cancellarias ſiue Conuentus iuridicos.*

22 *Barcino erat vnus ex Conuentibus iuridicis Romæ qui omnes erant Coloniæ.*

23 *Coloniæ Romanæ priuilegium paucis Ciuitatibus, ijſque meritiſsimis concedebatur.*

§. VIII.

§. VIII.

Ciuitas Barcinona fuit Colonia & Cancellaria Romana.

1 DOnarunt Romani Barcinonã egregio priuilegio Coloniæ Romanæ vt probant Plini. *de natural. hiſtor. lib.* 3. Dioniſi. de Iorba. *de excellent. Barcin. fol.* 1. Don Antoni. Auguſtin. *dialog.* 7. Pujades *in hiſtoria vniuerſ. Cathalon. lib.* 3. *cap.* 92. Boſch. *lib.* 4. *ca.* 3. Diago *in noua deſcriptio. Cathal. verbo, Barcinona.* vbi ait eam fuiſſe vnã ex duodecim Romanis Colonijs citerioris Hiſpaniæ. Molin. *de rit. nupti. li.* 1. *cõparatio.* 2. Gutier. *pract. qq. lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 7. ego quoque *de offic. iud. & aduoc. par.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 61. & probatur *l.* 1. *iuncta l. Luſitania ff. de cenſib. l.* 2. *§. capta Sardinia ff. de origin. iur.* hoc priuilegium contulit Barcinonæ Iulius Cæſar Imperator Romanus vel ſaltem Auguſtus Cęſar, vnde dicta eſt Colonia Iulia Auguſta, vt obſeruant
Auguſtinus & Pujades *locis* 2
citatis. Et Auguſtinus confirmat ex lapidibus antiquiſſimis huius vrbis, in quibus leguntur hæ notæ F. I. A. P. BARC. quas legit hoc modo *Fauentia Iulia Auguſta popu-*
li Barcinonenſis. Et huiuſmodi 3
lapides plures ſe Barcinonæ reperiſſe ſubdit Pujades *lib.* 4. *cap.* 29. aliam ſcilicet in Eccleſia Parochiali S. Mariæ de Pinu in Capella SS. Laurentij, Clementis, Raymundi, & Iacinthi ſub ara illius, aliam in vico vocato *del Regomir* prope Capellã S. Chriſtophori, aliam in vico a platea S. Annæ ad portam S. Angeli, aliam in extremo ſchalę palatij vulgo nuncupati *de la Comteſa*, olim *de la Reyna*, quæ antiquitus erat domus religionis Templariorum, & aliam in muro veteri S. Franciſci iuxta mare.

Prærogatiuæ quas habe- 4
bant Romanæ Coloniæ tempore Romanorum & propter

ter quas hoc nomine deco-
rabantur, hæ ſunt. Colonia
erat Caput & Metropolis
Prouinciæ.regimen Reipub-
licæ eius erat ad inſtar Ro-
mæ,& ciues illius gaudebant
priuilegijs ciuium Romano-
rũ, inter quę illud erat quod
admittebantur ad munera
Reipub. Romanæ obeunda,
& in actibus & electionibus
Imperij ſuffragium ſuum fe-
rebant, ſicut ciues Romani,
vt docent Pujades *lib.* 4. *cap.*
5 35.Boſch.*lib.*4.*cap.*3.Aliæ au-
tem vocabantur Colonię Ro-
manæ,aliæ Latinæ. Romanæ
omnibus priuilegijs, & præ-
eminentijs ciuium Romano-
rum fruebantur,Latinę dum-
taxat aliquibus, quæ eis con-
cedebantur, erãtque tantum
ſociæ & amicæ, vt ſcribunt
Prouotius *cap.* 1. Pujades *d.*
*cap.*35.

6 Inferas plus fuiſſe Colo-
niam Romanam,quam Ciui-
tatem Municipalem vel La-
tinam,aut populum confede-
ratum, ſeu ſtipendiatum Ro-
mæ:nam iſtæ omnes Ciuita-
tes & populi ſub Colonijs
Romanis erant,vt ſcribit Pu-
7 jades *lib.*4.*cap.*34. Municipa-
lis autem Ciuitas vel popu-
lus Municipalis Romæ erat
ille qui proprijs legibus vi-
uendi priuilegium conſeque-
batur,nec Romanas ſeruare
tenebatur,& eius ciues mu-
nera & honores ciuium Ro-
manorum obtinebant, ideo-
que vocabantur municipes
quaſi munerum participes &
ab honorario munere capeſ-
ſendo dicti nuncupabãtur ci-
ues Romani, vt author eſt
Aul.Gelli. *lib.* 16. *cap.* 13. &
Pratei *in lexic.iur.ciuil.verbo,*
*Municipes.*Hoc Municipij Ro- 8
mani priuilegium in Catha-
lonia aſſequuta fuit ob ſerui-
tia Romano Imperio præſti-
ta Ciuitas Ilerdenſis indulto
Octauiani Auguſti Cęſaris,vt
refert Pujades *lib.*3. *cap.* 92.
qui eodem Municipij Roma-
ni priuilegio ornatam fuiſſe
Egaram (nũc Terraciam vo-
camus) probat *lib.*4.*cap.* 42. 9
quamquã abuſiue & late ſũp-
to vocabulo Municipes ſuos
hodie quiſque appellat ſuæ
Ciuitatis ciues, vt Prateius
aduertit & municipes quo-
que intelliguntur hi qui in
eodem Municipio nati ſunt
l.municipes ff. ad municipal.

Lati-

Digitized by Google

10 Latina Ciuitas ſeu Latinus populus appellabatur ille qui licet iuriſdictioni Romani Imperij ſubditus eſſet, immunis tamen erat a vectigalibus & tributis ei ſoluendis, ſicut populi Italici ſeu qui iure Italico fruebantur, illa non ſoluebant vt *in l. fin. ff. de cenſib.* non tamen priuilegio ciuium Romanorũ gaudebat ſicut Municipes. ſuas peculiares leges habebat bello iuuabat Romanum Imperium, ſine cuius licentia ipſe alijs mouere non valebat, vt explicat Paul. Manut. *de antiquit. Roman.* & Preuoti. *cap.* 1.

11 Confederati populi ſub fide & amicitia Romani populi conſtituti opem illi & auxilium in bello nulla cogente ſeruiture ferebant, nulloque
12 ab eis ſtipendio accepto. Stipendiarij autem ſub certo cũ Romanis conuento ſtipendio pro illis militabãt vt ſupra citatus Paulus Manutius declarat.

13 Immunitatẽ Ciuitatis Barcinonæ a vectigalibus & tributis ęuo Romanorũ & quod iure Italico potiretur, probat expreſſe iureconſultus Paulus *in l. in Luſitania.* ibi. *Barcinonenſes quoque immunes ſunt.* & ibi *Dyoniſ. Godofrens ff. de cenſib. Cuiati. tom. 4. obſeruat. li. 10. cap. 35. gloſ. in Vſat. Si quis Iudæo vel Sarraceno, Thomas Mier. in Curia Regis Alphonſi Montisalbi cap. 19. num. 19.* Si 14
ergo verbum maternum *hidalgos* ſignificat nobiles, & vt author Proclamationis Barcinonæ ad Reg. Maieſt. §. 29. intelligit, dictum eſt quaſi *Italici* ideſt immunes, recte cum eodem authore inde deducimus tempore Romanorum Barcinonenſes omnes fuiſſe nobiles, ſed & hodie quoque eſſe, cum hodie etiã ex priuilegio Caroli Calui immunes ſint.

Cum Ciuitas Barcinonæ 15
eſſet Colonia Romana & eiſdem populi Romani honoribus & moribus vteretur, nõ nulla adhuc in ipſa remanent priſtinæ illius ætatis veſtigia, non nullæ conſuetudines ab illa tempeſtate acceptę, quæ vigent. Propterea ego *in lib. de offic. iudic. & aduoc. par. 2. quæſt. 2. num. 59.* obſeruaui quod cum apud nos in hac præſertim Ciuitate

Bar-

Barcinonæ vxores atque etiã viduæ ſumant nomen familiæ maritorum & eo prius cognominentur quam nomine familiæ ſuæ paternæ,hãc conſuetudinem olim traxerunt a fœminis & matronis Romanis,quę illam ſeruabãt, vt notarunt don Anton.Au-
16 guſti.*dialog*.10.Pujades *lib*.4. *cap*. 42. vbi hoc laudat & aſſerit in iure Communi fundari quia *ex l. fœminæ ff. de Senatorib*.filia Senatoris ſi nubat, dignitatis paternæ particeps non eſt, ſed mariti radijs fulget, quamquã in alijs
17 nationibus mulieres relicto maritorum nomine,ex familia ſua paterna nuncupẽtur. ſic in loco citato Antuſa fœmina Romana nupta Quinto Granio Optato vocata eſt Grania Antuſa poſtpoſito paterno nomine nomini mariti ſui.

18 Reliquiæ quoque Romanorum ſunt Barcinonæ carceres quos, vt notant Steph. Garibay *in compendi. Chronic. lib.6.cap.3*.& Petrus. Anton. Beuter.*in Chronic.Hiſpan.lib. 1. cap*.20. ædificauit Marcus Porcius Cato Romanus,dum Barcinonę moraretur,in quibus ſcribit Beuter. captam fuiſſe longo poſt tempore inuictiſsimam martyrem & virginem Barcinonenſem S. 19
Eulaliam huius Ciuitatis patronam. Sunt etiam opera Romanorum cloacæ publicæ Barcinonæ,labor magnificus de quo dixi *ſupra* §.3.

Alio honore illuſtris fuit 20
Romanorum tempeſtate Ciuitas noſtra Barcinonæ, quia fuit Conuentus iuridicus & Cancellaria Romana,Pineda *in Monarch. Eccleſiaſt.lib*.4.*c*. 16. §. 3. don Anton. Auguſtin. *dialog*. 6. Ambroſius de Morales *de antiquitat.Hiſpan. lib.9.cap*.30.*&* 33. Ioan. Mariana *in hiſtoria de reb. Hiſpa. lib*.4 .*cap*.5. Petrus Medina *de excellentijs Hiſpaniæ par.1.ca*. 5.Boſch *de tit.honorific.Cathal. lib*.4. *cap*.3. Pujades *in hiſtor. Vniuerſal.Cathal.lib.4.cap*.34. nam Imperator Adrianus vt 21
tempore quo quamplurima bella in partibus Orientis & Affricæ furebant, ſub lege iuſtitiæ viueretur, alioquin deſtinata eſſent loca vicina ad ius raddendum accommodata quo queruli poſſent accedere.

cedere, & vt debitus honor populis benemeritis tribueretur, acceptiſq; beneficijs ad ius, pacemque ſeruãdam concitarentur, Hiſpaniam in ſex diuiſit Prouincias, quarum vna erat Tarraconẽſis, & hęc rurſus diuiſa fuit ſecundum veriorem opinionem, de qua pluribus citatis teſtatur Pujades *d. cap.* 34. in quatuordecim Audientias ſeu Cancellarias, quę vocabantur Conuẽtus iuridici, quorum vnus,
22 iſq; celebris Barcinona erat, & omnes Ciuitates, in quibus præfatæ Cancellariæ & Cõuentus iuridici fuerunt con-
23 ſtituti, erant Coloniæ, quod Coloniæ priuilegium paucis Ciuitatibus & illis meritiſsimis ac digniſsimis concedebatur, vt prædictus don Anton. Auguſtinus vir, vt verũ & notum ſine equuleo fatear, doctiſsimus & omni ſcientiarum genere ornatiſsimus declarauit.

EX §. IX.

SVMMARIVM.

1 *Roma eſt caput Orbis & communis omniũ Patria ita vt quilibet in ea præſens poſsit conueniri.*

2 *Pariſienſis Ciuitas reſpectu omnium Gallorum in ea repertorum eſt communis Patria.*

3 *Barcino eſt communis Patria reſpectu omnium Cathalanorum in ea repertorum ita vt quilibet eorum poſsit in ea conueniri.*

4 *Barcino non eſt communis Patria inter extraneos qui non ſunt ex Prouincia Cathaloniæ.*

5 *Barcino non gaudet priuilegio communis Patrię niſi quãdo tam actor quam reus perſonaliter in ea reperiuntur.*

6 *Priuilegio de perſonaliter comparendo non poteſt quis vti contra aliquem niſi & ipſe perſonaliter adſit.*

7 *Extraneus Barcinonæ repertus & conuentus ſi ex alia iuſta & neceſſaria cauſa venit, habęs*

Digitized by Google

habet ius reuocandi domum ſi id alleget ante litem conteſtatam.

8 *Ius reuocandi domum quibus ex cauſis competat.*

9 *Principis curia priuilegium habet vt quilibet in ea repertus conueniatur, habet tamen ius reuocandi domum ſi ex aliqua iuſta & neceſſaria cauſa venit.*

10 *Papa eſt Iudex ordinarius omnium.*

11 *Rex vel eius Locumtenens Generalis in Cathalonia vbi adeſt, ibi quilibet inuentus poteſt coram Curiæ iudicibus a quolibet conueniri, ſi cauſa ſit maior centum librarum, & hoc prætextu euocatur cauſa ad Regiam Audientiam.*

Et has cauſas non trahit ſecum Regia Audientia ſi recedat a Vicaria, num.12.

In Conſiſtorio autem verbali regio conueniuntur quicunq. in Curia reperti, licet cauſa non ſit maior centum librarum, num.13.

14 *Ius reuocandi domum non procedit in quatuor caſibus hic expreſsis.*

15 *Extraneus in Ciuitate Barcinonæ repertus non ſolum poteſt conueniri in Regia Audientia, ſed etiam in Curijs Ordinariorũ Barcinonæ & coram Gubernatore Cathaloniæ Barcinonæ reperto.*

16 *Vicarius Barcinonæ poteſt remittere & cõponere delicta commiſſa.*

17 *Vicarius Barcinonæ prætendit poſſe remittere quoſcunque Prouinciales Barcinonæ repertos de quibuſcunq. delictis extra Vicariã cõmiſsis. Cum contradictione tamen Procuratoris Regiæ Curiæ, num.18.*

§. IX.

Ciuitas Barcinonæ eſt communis patria Cathalanorum.

Quemadmodũ 1
Ciuitas Romana, quę eſt Caput Orbis terrarum, *l.1. §. ſed & hęc C. de veter. iur. enucle.* eſt communis patria ita

Digitized by Google

ita vt quilibet in ea preſens poſsit ibi conueniri niſi ſpeciale priuilegium habeat, Briſon. *lib. 3. ſelectarum cap. 6*. Couar. *pract. ca. 5. num.* 1. Cuman. *conſ.* 72. notauit Cicero *in oratione* 2. *de lege Agraria contra Rullum*, & eſt tex. *in l. Roma. & ibi glo. & Bart. ff. ad municipal. cap. licet lo 2. de foro competen.* Stephan. Gratian. *deciſ.*
2 78. *in additio. num.* 2. & 3. & ſimiliter excellētiſsima Pariſienſis Ciuitas reſpectu omnium Gallorum in ea repertorum, vt noſter Sigiſmun. Deſpujol. *infra citandus* obſeruat: Sic illuſtris Ciuitas
3 Barcinonæ, quæ eſt caput Cathaloniæ, vt ſupra *§.* 6. oſtendimus, communis eſt patria Cathalanorum propter ſui excellentiam ita vt quicunque extraneus perſonaliter in eadem Ciuitate repertus ad iudicium ibi vocari poſsit & vocatus reſpondere teneatur ex priuilegio Iacobi Secundi eidem Ciuitati conceſſo dat. Valentiæ 6. Chalend. Ianuarij 1306. quod legitur *in* 2. *vol. conſtitutio. Cathal. ſub titulo de iuriſdictio. omni. iudic.* Marquill. *in Vſat. ſequiam Verſic. nota 6. fol.* 215. *col.* 4. *Thom. Mier. par.* 1. *collat.* 2. *ca.* 37. *Micha. Ferrer par.* 1. *obſeruātia. Gubernator. cap.* 57. *Iacob. Cancer. Variar. reſolut. par.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 249. *in noua editio. additionata. Petr. Fontanell. de pact. nuptiar. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *ex num.* 123. *Sigiſmund. Deſpujol. in additio. ad Thom. Mier. ſuper conſtitutio. hac noſtra. tit. ſol. matri. n.* 12. *Andrę. Boſch. de tit. honorific. lib.* 4. *cap.* 3. *ad fin.*

Dixi patriam communem Cathalanorum vt intelligamus Barcinonam eſſe patriā communem inter Cathalanos & regnicolas, ſecus inter alios: quare Cancer. *vbi ſupra num.* 251. obſeruat quod Valentinus, Aragonenſis, vel quiuis alius forenſis, qui non ſit ex Principatu Cathalonię, in præfata Ciuitate repertus, ſi aliter in ea ratione contractus aut rei de qua agitur, vel domicilij, forum non ſortiatur, non poteſt ibi conueniri, quod deciſum refert Micha. Ferrer 1. *part. obſeruanti. Regiæ Audientiæ cap.* 9. *in fin. &* 1. *par. obſer. Gubernator. General. Cathal. d. cap.* 57. & Deſpujol. *vbi ſupra num.* 13. 4

5 Rurſus Regius Senatus priuilegium Barcinonæ interpretatur vt obtineat quãdo vtraq. pars, actor ſcilicet & reus reperiuntur perſonaliter Barcinonæ, ita vt non ſufficiat quod reus ſit pręsẽs niſi etiam actor præſens ſit, nec ſufficiat procuratorem actoris eſſe præſentem, Ferrer *d. cap. 9.* & ita practicari
6 ſubdit Cancer. *d. cap. 2. num.* 252. quod Fontanell. *d. glo.* 15. *n.* 126. tribuit illi iuris theoricæ quæ docet, vt quis poſſit vti priuilegio contra aliquem impetrato de perſonaliter comparendo, debere & ipſum etiam perſonaliter ibi adeſſe, vt notant Dominic. de Sanct. Geminia. *in cap. Vnic. de dol. & contu. num. 9.* Auil. *in cap. prætor. cap. 1. glo. donacion. num. 18.*

7 Præterea ſi extraneus Barcinonæ perſonaliter repertus & conuentus pro alia iuſta & neceſſaria cauſa veniſſet, & illam intra terminum per conſtitutionem Cathaloniæ ad opponendum exceptiones litis ingreſſum impedientes præfixum allegaſſet, ius reuocandi domum obtineret. quod probatur *in d. ca. licet de for. competen.* ibi. *niſi pro alia iuſta & neceſſaria cauſa veniſſet, quam ſi tunc allegaſſet, ius reuocandi domum ſaluũ fuiſſet eidem.* & Bart. *ibidem* exponẽdo illud verbum, *tunc*, declarat *id eſt ante litem conteſtatam.* tradit Ferrer. *d. cap. 9. par. 1. obſeruan. Regiæ Audientiæ & d. cap. 57. par. 1. obſeruantiar. Gubernat. Cathal.* Cancer. 8
d. cap. 2. num. 252. *& antea nu.* 35. 36. & 37. vbi docet remiſſiue quæ ſint iſtæ cauſæ neceſſarię & probabiles ob quas competit iſtud ius reuocandi domum. Quod ſcripſerũt Canoniſtæ claſsici omnes *in d. cap. licet.*

Simile priuilegium habet 9
curia Principis vt quilibet qui in ea inueniatur, licet ibi non contraxerit vel alias forum ſortiatur, poſsit a quolibet apud curiæ iudices conueniri, niſi ex iuſta aliqua & neceſſaria cauſa ad curiam Principis venerit, quia tunc habet ius reuocandi domum, Roderic. Suar. *in l. poſt rem iudicatam verſic. circa iudicem n. 21. in 5. q. ff. de re iudic.* Bald. Angel. & Curti. Iuni. *in l. 2. §. legatis*

Digitized by Google

legatis ff.de indic. & eſt argu-
mento tex.*in d.cap.licet de for.*
competen. quod licet de curia
Romana loquatur,tamen idē
eſt de curia Principis ſecula-
10 ris, quemadmodum Henric.
& Panor. *ibi* declarant. Ait
enim glo. fin.*in eo tex.* quod
cum dominus Papa ſit iudex
ordinarius ſingulorum, nul-
lum fori priuilegium poteſt
clericus allegare ibi conuen-
tus,& Panor. *num.*45. ſubdit
quod vbi eſt Papa,ibi eſt Ro-
ma.

11 Propterea in Cathalonia
vbi dominus Rex vel eius
Locumtenens Generalis eſt,
ibi quilibet inuentus poteſt
coram curiæ iudicibus a quo-
libet conueniri , niſi ius ha-
beat reuocādi domum, dum-
modo cauſa ſit maior centum
librarum , & hoc prætextu
cauſæ ad Regiam Audientiā
euocantur, vt obſeruant Fer-
rer *par.1.obſeruanti.Regiæ Au-*
*dien.cap.9.& cap.2.& 3.*Can-
cer *d.cap.2.num.33.cum 2.ſeqq.*
12 quamquam ſi Regia Audien-
tia recedat a Vicaria illa in
qua erat tempore euocatio-
nis dictarum cauſarum , non
trahit ad ſe eas , ſed ad ordi-
rium reuertuntur , niſi euo-
catæ eſſent ex aliqua quali-
tate extra illam Vicatiam,vt
notat Ferrer *d. par.* 1. *cap.*10. 13
Et intellige quod in Conſi-
ſtorio verbali ſiue Locumte-
nentis Generalis , ſiue Can-
cellarij, ſiue Regentis Regiā
Cancellariam conueniuntur
quicunque in curia reperti,
etiam ſi cauſa non ſit maior
centum librarū vt praxis ſer-
uat.cōducit Fontanell.*de pac.*
nupti. tom. 1. *clauſ.* 4. *gloſ.*15.
*num.*78.

Animaduertit Panor.*in d.* 14
*cap.licet num.*49.quod ius re-
uocandi domum non proce-
dit in 4.caſibus,nempe quan-
do ipſi extranei agunt quia
tunc tenentur reſpondere.
Et quando in curia contra-
xerunt. Et quando perfecta
legatione manent in curia
voluntariè. Et in cauſis quæ
celeritatem deſiderant.

In vim prælibati priuilegij 15
Ciuitatis Barcinonę extra-
neus perſonaliter in illa re-
pertus nōſolū cōueniri poteſt
in Regia curia ſeu in Regia
Audiencia Locūtenentis Ge-
neralis Domini Regis in ea
reſidens , ſed etiam in curijs
ordi-

ordinariorum videlicet Vicarij & Baiuli Barcinonę: imo quoque coram Gubernatore ſeu gerente vices Gubernatoris Generalis Cathaloniæ ſeu eius Aſſeſſore ſi Barcinonæ exiſtant, cum in Cathalonia ſit ipſe Ordinarius Ordinariorũ: ideoque hoc prętextu quod partes ſunt præſentes in Ciuitate Barcinonę, Gubernator & gerens vices eiuſdem exiſtentes in eadem Ciuitate poſſunt ad eorum Audientias cauſas forenſium Barcinonæ perſonaliter repertorum euocare & de illis cognoſcere, ſicut & Vicarius & Baiulus Barcinonæ poſsũt de ipſis cognoſcere, & ita obſeruat Micha. Ferrer *par. 1. obſeruanti. Guberna. cap. 57. in princip.*

16 Hinc denique cum Ciuitas Barcinonæ ſit communis Patria Cathalanorum & Vicarius Barcinonæ ex cap. 103. priuilegij Petri Secundi vulgo vocati *Recognouerunt proceres in 2. vol. conſtit. tit. de las conſuetus de Barcelona*, & ex pragmatica Iacobi Secundi directa Vicario & Baiulo Barcinonę 3. Idus Ianuarij 1315. *in d. 2. vol. tit. de remiſsio de crims y compoſicio de delictes* poſsit facere remiſsiones cõpoſitiones & gratias de delictis, prætendit idem Vicarius cõſuetudine obtinuiſſe quod poſsit quoſcunq. Prouinciales Cathalonię Barcinonę repertos remittere de quibuſcunq. criminibus extra Vicariam commiſsis, vti complures ex huiuſmodi remiſsionibus reperiuntur in Curia Vicarij Barcinonæ & multæ fuerunt exhibitæ in proceſſu cauſæ criminalis vertentis in Regia Curia inſtante fiſci procuratore contra Iacobum Boixa, licet pręfata patria iura non loquantur ſpecialiter de delictis extra Vicariam cõmiſsis ſed generaliter diſponant. Huiuſmodi remiſsionibus contradicit procurator Regiæ Curiæ, eſtque de his videndus noſter Petr. Fontanel. de pact. nup. cla. 4. glo. 13. par. 2. nu. 70. qui nihil intactum reliquit. 17 18

EX

EX §. X.

SUMMARIUM.

1 IUs creãdi Magiſtratus iuriſdictionem obtinentes eſt de Regalibus & quare, & num. 2.
Rex eſt Caput Reipublicæ & fons dignitatum & iuriſdictionum & ab eo pendet omnis poteſtas & iuriſdictio. ibidem.

2 Iuriſdictio etiam minima cõferri non poteſt niſi authoritate Principis.

3 Barcinonæ Ciuitas ſortitur & creat quamplurimos officiales iuriſdictionem habentes, & quos.

4 Barcinonæ Ciuitas quomodo creat officiales iuriſdictionẽ habentes.

5 Baiulus Barcinonæ de quibus cognoſcat priuatiue ad Vicarium ex deciſione Regiæ Audientiæ.

6 Clauarius Barcinonæ de quibus cognoſcat, & quomodo procedat.

7 Clauarius Barcinonæ eſt etiã iudex omnium officialiũ Ciuitatis pro ſuis exceſſibus & delictis & quomodo contra eos procedat.

8 Officiales Ciuitatis Barcinonæ a ſententia Clauarij ad quos poſſint recurrere vel non.

9 Conſules maris & iudex appellationum ipſorum in quibus cauſis ius dicant.

10 Iudices tabulæ quorum ſint Syndicatores.

11 Adminiſtrator & Subadminiſtrator platearum Barcinonæ de quibus cognoſcant.

12 Ædilis Barcinonæ de quibus cognoſcat.

13 Ædilis Barcinonæ ex deciſionibus Regiæ Audientiæ de quibus cognoſcat priuatiue ad alios regios officiales atque Regiam Audientiam.

14 Operarij Barcinonæ de quibus cognoſcant ex deciſione Regiæ Audientiæ.

15 Magiſter portolanus Barcinonæ de quibus cognoſcat.

16 Conſul Pontis Barcinonæ de quibus cognoſcat.

17 Recurſus ad Conſules Barcinonæ a quorum officialium ſententijs concedatur.

18 Vicarius & Baiulus Barcinonæ in ingreſſu ſui regiminis

nis & quot annis iurant in manu Conſulum dictæ Ciuitatis ſequi & exequi conſilia illorum, de quibus liber conficitur.

19 Conſules Barcinonæ vna cũ Vicario & Baiulo eligũt Priorem & Conſiliarios curiarum dictorum Vicarij & Baiuli.

20 Barcinonæ Ciuitas ſortitur & eligit cõmentarienſem carcerum communiũ totius Prouinciæ ſola extracti & electi approbatione Proregi relicta.

21 Commentarienſis carcerum communium Prouinciæ præſtat ſacramentum & homagium in manu Conſulum Barcinonona a qua etiam capit ſui muneris poſſeſsionem.

22 Carcerum communium iura taxat & ſtatuit Ciuitas Barcinonæ.

23 Conſules Barcinonæ cũ ſuis Aduocatis qualibet hebdomada abſente Prorege aſsiſtunt in viſitatione carcerem communium.

24 Barcinonæ Ciuitas creat Cõſules vltra mare & quam iuriſdictionem exercet in perſonis & bonis nationis cuiuſcunque.

25 Conſulatus Panormi non requirit perſonalem reſidentiã ex regia deciſione.

26 Conſules Barcinonæ vna cũ eius ciuibus honoratis quot annis creãt ciues qui honorati vocantur & priuilegio militari gaudent cum prole nata & naſcitura.

27 Ius creandi ciues honoratos Barcinonę regale eſt, ſicut & creatio militum ſeu militarẽ dignitatem habentium.

28 Ciues honorati Barcinonæ ſunt veri milites & veniunt appellatione perſonarum de genere militari.

29 Conſules Barcinonæ vna cũ mercatoribus eiuſdem creant mercatores, qui ſoli munera mercatorum in dicta Ciuitate gerunt.

30 Conſules Bartinoaæ vna cũ Vicario eiuſdem quot annis creant notarios publicos, regiam authoritatem habentes.

31 Ius creandi ciues honoratos mercatores & notarios non habet Ciuitas Barcinonę priuatiue ad dominum Regem. Et hoc regijs ſententijs confirmatur. num. 32.

33 Rex poteſt creare curritores collis non obſtantibus priuilegijs

legijs Ciuitatis Barcinonæ & Confratrię illorum.

34 *Regię poteſtati nō cēſetur derogatū per aliquā ſpecialē regiam conceſſionē alicui factā.*

35 *Mercatores per Ciuitatem Barcinonæ creati an ſoli poſſint gerere munera huius Reipublicæ.*

36 *Ciues honorati a domino Rege creati non admittuntur ad creādum ciues honoratos Barcinonæ, ſed ad munera dictæ Ciuitatis ſubeunda admittuntur.*

37 *Monetam cudere de Regalibus eſt.*

38 *Moneta cuditur Barcinonæ in monetali regio cum interuentu Conſulum dictæ Ciuitatis ſeu duorum hominum per ipſam Ciuitatem pro illis electorum.*

Et inde d. Ciuitas dicitur monetam cudere auri argenti, & æris, num. 39.

40 *Moneta quæ & vbi cudenda ſit & ſola conſtituenda in toto Cathaloniæ Principatu & Comitatibus Ronſilionis & Ceritanię. Et confirmatur regio teſtimonio nu. 42.*

41 *Moneta de bino quo tempore cæpit.*

43 *Ius indicendi vectigalia de Regalibus eſt & ad ſolum Principem pertinens.*

Extende tam in terris Domini Regis quam in terris Baronum, num. 44.

45 *Immemorialis poſſeſsio ſufficit Vniuerſitati ad imponēdum vectigalia ſine licencia Regis.*

46 *Collectas poteſt imponere Vniuerſitas inter homines de vniuerſitate ſine regio priuilegio & quomodo.*

47 *Vniuerſitatis maior pars poteſt ligare minorem circa impoſitionem collectæ.*

48 *Barcinonæ Ciuitas a tempore immemoriali impoſuit vectigalia ſine regio aſſenſu tam ciuibus quam exteris.*

49 *Vniuerſitates Cathaloniæ hodie poſſunt ſine regio priuilegio imponere vectigalia nec rationes eorum reddere domino Regi coguntur, quas tamen Barones a ſuis ſubditis petere poſſunt, & num. 50.*

50 *Vaſſalli an poſsint præſcribere contra Baronem facultatem non reddendi coram eo computa impoſitionum.*

51 *Poteſtas prohibendi ſubditis ne extruant Caſtra & propugna-*

Digitized by Google

pugnacula ex Regalibus fluit.
52 *Portus & portalia inter Regalia continentur.*
53 *Barcinonæ Ciuitas eſt domina murorum & turrium & portarum Ciuitatis & portus & fulcit & munit illa pro ſua voluntate atque militum cuſtodias adhibet & quales.*
54 *Atriũ armorũ Ciuitatis Barcinonæ inter Regalia Barcinonæ conceſſa numeratur.*
55 *Viæ publicæ inter Regalia computantur & quomodo.*
56 *Barcinonæ Ciuitas opera ad publicam vtilitatẽ conſtruit in ſolo publico ſine Regis licentia.*
57 *Ædificãs in loco publico Barcinonæ debet obtinere licentiam ab Operarijs eiuſdem & quare.*
58 *Monaſteria noua Barcinonæ non conſtruuntur ſine Ciuitatis aſſenſu iuxta regium priuilegium.*
59 *Barcinonæ Ciuitas quarum Villarum & Oppidorum ſit domina, & habeat territoriũ extra illa pro exercicio iuriſdictionis & quale. Et quorum olim fuit domina, nu 60.*
61 *Barcinonæ Ciuitas hodie titulo Regij pignoris poſſidet Baiuliam Generalem Cathaloniæ, eiuſq; iuriſdictiones, & patrimonium Regium in Cathalonia.*
62 *Baiulus Generalis Cathaloniæ dicitur Procurator Cæſaris & non habere Superiorem in Cathalonia & habere totam Cathaloniam pro territorio.*
63 *Ad Baiuli Generalis Cathaloniæ iuriſdictionẽ caſus pertinentes, remiſſiuè.*

§. X.

Ciuitas Barcinonæ priuilegio ſuorum Regum habet multa iura Regalia.

IVS creãdi Magiſtratus iuriſdictionem obtinẽtes eſſe de Regalibus nemo ambigit *cap. 1. quæ ſint regal. in Vſib. feudo. Verbo, poteſtas*, vbi ſubdit Iſernia quod Rex caput eſt Reipub. & ab eo pendet 1

Digitized by Google

det omnis poteſtas & iuriſdictio, & vt ait Bald. *in cap. 1. quis dicatur Dux vel Marchio nu. 1. in fin.* Rex eſt fons dignitatum & iuriſdictionum, & vt inquit ipſe Bald. *in cap. ad hoc num. 2. de pace iuram. firmand.* omnis iuriſdictio eſt Imperatoris: nam ipſe eſt qui iuriſdictionem tribuit, magiſtratus creando vel confirmando, vel pręſtando aucto-
2 ritatem creandi vel confirmandi vt *in §. iudices eod. tit.* itaque etiam minima iuriſdictio conferri non poteſt, niſi auctoritate Principis, Innocen. *in cap. cum ab Eccleſiarum num. 3. de offic. ordinar.* quod late probant & exornant Don Garcia Maſtrillo *de Magiſtratib. lib. 1. cap. 1.* Don Ioan. del Caſtillo *de tertijs tom. 7. cap. 41. num. 17.* vbi docet Magiſtratuũ & officialium creationem eſſe de Regalibus & de his quæ ad ſupremam poteſtatem & maioriam pertinent, & ſolos Reges & Principes ſupremos habere poteſtatem creandi officiales & magiſtratus ad iuſtitiam expediendam, non alios dominos inferiores, & in Principe Cathalonię cõfirmat Tho. Mieres *cap. 3. num. 38. & 39. collatio. 4. in 2. curia Barcinonæ Regis Iacobi II. & in cap. 7. nu. 6. collatio. 4. in curia 3. Barcinonę eiuſdem Regis Iacobi II.*

Ciuitas Barcinonę ſiue ipſius Conſules & centum Iu- 3
ratorum Concilium ex diuerſis regijs priuilegijs ſortitur & creat quamplurimos officiales iuriſdictionem habentes, & præcipua munera Reipub. nempe Baiulũ Barcinonę, Clauarium Ciuitatis, Conſules maris & Iudicem appellationum ipſorum; Iudices tabulæ, Adminiſtratorem & Subadminiſtratorem platearum, Ædilem, Operarios, Magiſtrum Portolanũ, & Conſulem Pontis Barcinonæ. Quo ad Iudices tabulæ 4
qui ſunt tres, & Baiulum, ac Ædilem, atque Magiſtrum Portolanum, verum eſt quod pro vno tres ſortitur, & quo ad Adminiſtratorem platearũ, pro vno duos, & Locumtenenti Domini Regis proponit, & hic ex illis vnum eligit, quod nõ fit in alijs officijs, ſed vnum Ciuitas ad ſortẽ eligit & creat ad munus

 obti-

Digitized by Google

5 obtinendum. Baiulus Barcinonæ eſt iudex ordinarius certarum ſpecierum cauſarũ & certarũ perſonarũ priuatiuè ad Vicariũ Barcinonę veluti furneriorũ, magiſtrorũ domorum, & moleriorum, de quibus magiſtris domorũ & molerijs fuit ita expreſſe declaratũ regia ſentẽtia lata 9. Nouẽbris 1579. referentibus Ferrer & Ros in cauſa inter Syndicũ Confratrię illorũ ex vna & iuuenes ipſorũ ex altera.
6 Clauarius ex regio priuilegio Ferdinãdi dat. 17. Iulij 1510. ius dicit contra debitores impoſitionum & iuriũ ac debitorum Ciuitatis ſiue ex adminiſtratione frumentorũ aut carniũ aut alijs quibuſcunq. cauſis pro exactione ipſorum & ab executione incipit & executiue procedit tanquam pro debitis fiſcalibus & regalibus contra perſonas & bona debitorum, imo etiam contra hęredes debitorum & ſingulares ſucceſſores bona tenentes illorum. De iuriſdictione Clauarij Barcinonæ aduerſus debitores Ciuitatis Peguer. *tom. 2. dec. 12.* Fontanell. *to. 2. de pac. nup. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 10. num. 21.* Eſt etiam iudex omninm officialium Ciuitatis ſi excedãt 7
vel delinquant in ſuis officijs, ideoq. illos ſuſpendit & priuat & pænis pecuniarijs in eos animaduertit, ac ſi viſum fuerit in carceres eos detrudit, qui tamen a ſententia Clauarij poſſunt recurrere 8
ad Conſules Ciuitatis, a quorum poſtea pronunciatis non poteſt appellari ad Regiam Audientiam vel alios Regios officiales ex interpretatione Regentis Hieronymi Albanell anni 1503. Propterea Clauarius in ſedendo & incedẽdo præcedit omnibus officialibus Ciuitatis poſt Cõſules. Cõſules maris & iudex appellationũ ipſorũ, ſunt Iudices in cauſis & factis mercantilibus. Iudices 9
tabulę ſunt Syndicatores Vicarij & Baiuli Barcinonæ & 10
omnium aliorum officialium ordinariorum Vicariæ Barcinonæ pro purgatione ſuorum exceſſuum. Adminiſtrator & Subminiſtrator platea- 11
rum cognoſcunt de cauſis frumẽtorum & vinorum, de mixturis granorum & de his

qui

quī triticum ſecernūt & cribant, nec non de ſalarijs nutricum & alijs. Adminiſtratori platearum iuriſdictionē tribuit Priuilegiū Regis Petri dat. 24. Februarij 1386. in 2. verm. fol. 260. in caſibus ibi contentis priuatiuè ad regios officiales, & vult quod ingrediatur molendina regia & pignoret ac puniat muliones in fraude depræhenſos.

12 Ædilis cognoſcit de ponderibus & menſuris & taxatione pretij mercium, ſeruitutibus vicinarum domorum intus ſe inter ipſas, falſificatione & mixtura rerum & alijs.

13 Sic in Regia Audientia cauſa vertēte inter Conſiliarios & Syndicum Ciuitatis Barcinonæ ex vna & Narciſum Auella mercatorem Ædilem eiuſdem Ciuitatis ex altera referēte Sunyer 18. Decemb. 1593. fuit concluſum quod dicti Edilis officium præcipue conſiſtit in recognitione victualium, quę quotidie victui ſunt neceſſaria vt illa iuſtis menſuris & ponderibus rectis menſurentur & appendantur & pretio per Conſiliarios taxato vendantur. Et 16. Ianuarij 1532. inter pupillos Mas & Benedictum Mercer cauſa alia referente Frāciſco de Valleſicca fuit concluſum Edilem Barcinonę in vim Regiorum priuilegiorum cognoſcere de operibus & ſeruitutibus domorū eiuſdem Ciuitatis. Et vtrumque fuit concluſum referente Sēiuſt 27. Nouemb. 1597. inter Syndicum cauponum ex vna & Syndicum Barcinonæ ex altera, & quod præfatus Edilis de prædictis cognoſcit priuatiue ad alios regios officiales, & ibi declaratur quod poteſt cognoſcere & iudicare ſuper taxatione pretij vini quod per caupones vel alios Barcinonæ venditur, priuatiuè ad dominum Regem, eiuſq. Regiam Audientiam, ita vt nec de prædicta taxatione ſe intromittere valeant, nec per viam recurſus. Quod autem Ædilis de ſpectantibus ad ſuum officium cognoſcat priuatiuè ad regios officiales, etiam Regentē Cancellariā regiam diſponit priuilegium Petri Regis dat. 28. Iulij 1380. in 2. virid. fol. 8. Operarij in ſpectanti- 14
bus

Digitized by Google

bus ad formam vel deformi-
tatem Ciuitatis in plateis, vi-
cis, & vijs, ac riuis & alijs cog-
nitionem habet. Et fuit ita
concluſum in Regia Audiē-
cia 29. Auguſti 1600. referē-
te Benac in cauſa inter Frā-
ciſcum Planes & Iacobū Mas
15 & alios. Magiſter Portolanus
circa exactionē iuris impo-
ſiti pro molle Ciuitatis quod
vocatur *dret del encoratje* &
circa conſeruationem illius.
16 Conſul Pontis de pannis &
tinctutis eorum. Et a ſenten-
tijs Clauarij, Adminiſtrato-
rijs platearum, Ædilis, Ope-
17 rariorum, Magiſtri Portola-
ni & Conſulis Pontis datur
recurſus ad Conſules ipſius
Ciuitatis.

18 Præterea Vicarius & Ba-
iulus Barcinonæ, qui ſunt Iu-
dices regij ordinarij Ciuita-
tis, & Vicarius totius Vica-
riæ, nempe Baiulus (vt dixi)
in certis perſonis & ſpecie-
bus cauſarum, & Vicarius in
reliquis, in ingreſſu ſuorum
munerum & deinceps quot
annis in primo Concilio cē-
tum Iuratorum iurant in ma-
nu Conſulum præfatæ Ciui-
tatis ſequi eorum conſilia &
operis per effectum deduce-
re, quæ ipſis conſuluerint ad
vtilitatē publicam & fidelita-
tem domini Regis, & in do-
mo Ciuitatis conficitur &
ſeruatur apud ſcribam eius
maiorem quidam liber hu-
iuſmodi conſiliorum ab ad-
uocatis ordinarijs ſubſcripto-
rum ita inſcriptus.

Inſuper Conſules Barci- 19
nonæ vnà cum Vicario & Ba-
iulo eligunt & creant Aſſe-
ſorem ordinarium, qui nun-
cupatur Prior curiarum prę-
dictorum Vicarij & Baiuli,
nec non etiam Conſiliarios
ipſius Prioris ſeu Aſſeſſoris
ordinarij, & habetur in cōſti-
tutione Philippi anni 1564.
c.101. quę. eſt. *cōſtit. fin. tit. de*
offic. iudic. & aſſeſſor. ordinari.

Ciuitas quoque Barcinonę 20
ſeu eius Conſules & centum
Iuratorum Concilium ſorti-
tur & eligit commentarien-
ſem ſeu cuſtodem carcerum
communium, quò deferun-
tur omnes capti tam a Vica-
rio & Baiulo, quam etiam a
Regia curia ex quacunque
parte Cathaloniæ, ſola ap-
probatione electi commen-
tarienſis relicta Locumtenēti

Domini

Domini Regis,& eo abſente Gubernatori Generali Cathaloniæ, & his abſentibus Vicario Barcinonę,qui huius electionis certiores fiũt. Pręſtat ſuum ſacramentũ & homagium nouus commentarienſis in domo Ciuitatis in manu Conſulum, quo pręſtito inde vnus ex eorum virgarijs ad carcerem ſe cum commentarienſi confert & eum in poſſeſsionem ſui muneris immittit. Sed & eadem Ciuitas taxat iura carceris a commẽtarienſi & ipſius ſubſtituto recipienda,qui ſecundum eius ſtatuta & taxationem iura ſua recipiunt.

21

22

23 In viſitatione carceris & carceratorum, quæ abſente Locumtenente Domini Regis ſemel in qualibet hebdomada a Vicario Barcinonæ tanquam Iudice ordinario fit,aſsiſtunt Conſules cũ ſuis ordinarijs aduocatis, recipiunt a carceratis memorialia,& ex eis quos velint, coram ſe apparere faciunt, & cum Vicario conferunt expeditionẽ & adminiſtrationem iuſtitię & cauſarũ. Extat de hoc pragmatica Regia Petri 3. dat. Montiſſori 11. Martij 1368.*in 2. vol. conſtitut. ſub. tit. de offici de Carceller* meminit Berar.*in ſpecul. viſitat. cap.21.num.* 63. & pro obſeruantia præſtant præfati Cõſules quot annis iuramentum in Concilio centum Iuratorum.

Eadem Ciuitas ſeu eius Conſules & centumuirale Conciliũ ex priuilegio Regis Catholici Ferdinandi & aliorum Regum Aragonum atque ex vſu antiquiſsimo ſortitur & creat vltra mare Conſules in Ciuitatibus Siciliæ,Neapolis, Genuæ, Romæ, Panormi,& alijs,vbi Cathalani & Regnicolæ negociãtur, & iuriſdictionẽ exercet in perſonis & bonis Nationis in factis mercantilibus, ipſæque debita iura dictis maritimis Cõſulibus reddunt,*conſtitut.*5. *tit. de priuilegijs & immunitat.* notant Berar.*in ſpecul. viſitatio. cap.*22. *num.*18.Boſch.*de titul. honorific. lib.*4. *cap.*3.§.1. Bruniq. *in apologia Ciuitatis Barcinonen. cap.*26. Eſt quoque de his Regia ſententia in cauſa inter Ioan. Baptiſtam Gori & Pe- 24

25

trum

trum de Tamerit referente Sabater concluſione facta 24. Auguſti 1598. in qua declaratur Officium Cōſulatus Panormi non requirere perſonalem reſidentiam, ſed ſeruitutē illius poſſe fieri & pręſtari per ſubſtitutos.

26 Conſules Barcinonæ vna cum ciuibus honoratis in albo Ciuitatis deſcriptis prima die Maij ex regijs conceſsionibus Ferdinādi & Caroli & antiquiſsima conſuetudine creāt ciues qui honorati vocantur, & priuilegio militari gaudent, vna cum prole ſua & progenie nata & naſcitura, quod obſeruāt Oli-
27 ba *de iur. fiſc. cap. 6. num.* 44. *& cap. 3. num.* 80. Fontanell. *de pac. nupti. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 77. & gloſ. 3. num. 91. cum ſeqq.* atque nouiſsime *to. 1. dec. 211. num. 3.* Guillel. a Valleſic. *in Vſat. Baiulus interfectus in fin.* Berar. *in d. ſpecul. c. 22. num.* 17. qui dicunt hoc ius eſſe Regale: quia is ſolus poteſt dare dignitatem qui tenet Principatum, Bart. *in l. 1. de dignitatib. lib.* 12. *C. nu.* 78. 98. *& ſeq.* Tiraquel. *de nobilitat. ca. 6. num. 6.* & creatio militum per Duces, Comites inferiores, & qui Principatum non obtinent, fieri non poteſt, vt miles quis ſit & dignitatem habeat militarē, Ioā. de Platea *in d. l. 1. de dignitatibus* & Bart. *d. n. 78. & 97.* accurate Caſtillo *de tertijs cap. 41. num. 98.* Iſti autem ciues
honorati non ſolum priuile- 28
gijs militaribus fruuntur, verum etiam ſunt veri milites & veniunt appellatione perſonarum de genere militari vt probat & deciſione Regij Senatus multis confirmat Fōtanell. *d. dec.* 211.

Similiter Conſules Barci- 29
nonę vna cum mercatoribus qui ſunt de Concilio centum Iuratorum eius, creant mercatores & in albo mercatorum Ciuitatis conſcribunt, & iſti mercatores & non alij negociatores gerunt munera mercatorum in hac Republica. Ipſi quoque Conſules 30
vna cum Vicario Barcinonę tabelliones quot annis creāt qui dicuntur Notarij publici Barcinonæ & regiam authoritatem habent ex priuilegio Regis Petri anni 1337. & alijs Meminit Oliba *de iur. fiſc. c. 6.*

num.

num.44.Betar.*in ſpec. viſita-tio.cap.22.num*.17.

31 Hanc facultatem creãdi ſiue ciues honoratos ſiue mercatores ſiue notarios non habet Ciuitas priuatiuè ad dominum Regẽ,qui per huius facultatis conceſsionem non cenſetur eam ſibi abdicaſſe cum non dixerit,ideoq. ſimiles ipſe facit ex traditis

32 per D.Fontanell.*d.deciſ*.211. *num*.4.& quoad ciues honoratos fuit olim deciſũ in Regia Audientia in cauſa ciuiũ honoratorũ Barcinonæ 29. April.1588.referẽte Sabater, & quo ad mercatores meo tempore fuit Regia ſententia lata 22.Aprilis 1627.definitum referente Aguilo in cauſa Baldirij Sobias mercatoris & Syndici Ciuitatis ac

33 Logiæ Maris. Sic 27. Iulij 1557.concluſum fuit in Regio Senatu poſſe dominum Regẽ creare Barcinonę curritores collis, non obſtantibus priuilegijs conceſsis dictæ Ciuitati & Confratriæ curritorũ collis, per quæ nõ cenſetur abdicata facultas & poteſtas domino Regi quo minus poſsit concedere gratiam & priuilegium perſonę ſibi bene viſę exercendi prælibatam artem curritoris in ipſa Ciuitate. Et 13. Februa- 34
rij 1551. inter textores velorum ſericorum & textores ſerici pauſapini *ſiue velluters* referente Gallart declarauit Regius Senatus priuilegium regium dictis textoribus velorum ſericorum conceſſum pro tenenda Confratria eſſe validum attento quod iſta ſunt præcipua domino Regi ex ſua generali iuriſdictione & poteſtate,cui non cenſetur eſſe derogatum per aliquam ſpecialem conceſsionem alicui Vniuerſitati vel alij cuicunq. perſonæ factam, cum vna iuriſdictio alteri accumuletur. Verum eſt quod in cauſa prædicti Sobias ciuitas 35
prætendit ſaltem mercatores per Regem creatos non poſſe obtinere officia ipſius Ciuitatis quaſi hæc tribuantur mercatoribus,qui ſecundum ordinationes illius facti ſũt. Sed ſuccubuit,non tamẽ hæc ſententia fuit ad exequutionem deducta, quia tandem prædictus Sobias fuit per Ciuitatem creatus mercator

 & ad-

& admiſsus. Plane ciues ho-
36 norati a Rege creati non ad-
mittuntur die prima Maij
cum ciuibus honoratis Bar-
cinonæ ad creandum alios,
vt eſt notum, attamen ad of-
ficia & munera Ciuitatis ad-
mittuntur.

37 Monetam cudere ad Regalia quoque pertinet & ad Reges & Principes ſupremos priuatiuè ſpectat *c. vnic. quæ ſint regal. in vſib. feud. l. vnic. C. de falſ. monet. late* Don Ioan. del Caſtillo *de tertijs c. 41. num.* 102. *&* 103. Valen. Velaſq. *conſ.* 30. *nu.* 10. *& ſeqq.* Barcinonæ autem ex diuerſis regijs priuilegijs eidem
38 Ciuitati cõceſsis moneta in monetali regio vulgo *Seca real* cuditur cum interuentu Conſulũ ipſius Ciuitatis vel duarum perſonarum per Ciuitatem pro eis ad hoc electarum in cuſtodes & non aliter, notat Bruniq. *in ſua apologia cap.* 25. vnde Ciuitas
39 hæc dicitur argenti & auri & ęris monetam cudere, vt ita dicit Anton. Oliba fiſci
40 regij patronus de *iur. fiſc. cap.* 6. *num.* 44. Betar. *in ſpec. viſitati. cap.* 22. *num.* 17. Extat priuilegium Regis Iacobi I. Dat. Chalend. Auguſti 1258. quo diſponitur quod vna conſtituatur noua moneta quę ſemper ſit perpetua & cudatur Barcinonæ & ſit legalis moneta ternalis & currat & expẽdatur in prædicta Ciuitate, Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſsilionis & Ceritaniæ, & non alia, reprobatis omnibus monetis vſq. in eam diem currentibus, quod priuilegium fuit confirmatum alijs priuilegijs diuerſorum Regum & duabus Generalibus Conſtitutionibus Cathaloniæ nempe conſtitutione 1. quæ eſt Iacobi II. anni 1291. & conſtitutio. 5. quæ eſt Reginæ Eleonoræ anni 1365. *ſub titulo de moneta valore & forma illius* & ita inuenio declaratum in Regio Senatu concluſione facta 11. Decẽb. 1598. in cauſa vertente inter Catherinam de Toledo & Petrum de la Nuça ex vna, & nobiles Alexiũ & Philipum Alberts ex altera referente Sabater, vt videre eſt in libro concluſionũ eius anni, vbi ſubdit Regia 41
cõcluſio monetã de bino ſũę curren-

currẽtem in Villa Perpiniani & Comitatibus cæpiſſe in
42 anno 1528. in vim priuilegij Cæſareæ Maieſtatis. Rex Petrus in ſua hiſtoria quã conſcripſit, quęque poſtea fuit typis mandata cum Chronic. Petri Michaelis Carbonell *lib. 3. ca. 8 fol. 129.* ait ſe citaſſe Regem Iacobum Minoriſſę Comitem Ronſilionis & Ceritanię feudatarium ſuum eo quod intra eoſdem Comitatus, qui ſunt intra Principatum Cathaloniæ, cudebat monetam, & ſubijcit hęc verba. *Cum nobis duntaxat & nulli alij liceat monetam cudere in Cathalonia, hæcque eſſe debeat moneta Barcinonenſis atque cudi intus ipſam Ciuitatem nec nos poſsimus illam cudere ſine aſſenſu & voluntate præfatæ Ciuitatis, cui antiquis conuentionibus per totum Principatum Cathaloniæ commiſſum extitit.*

43 Ius quoque indicendi vectigalia de Regalibus eſt & ad ſupremam Regũ & Principum poteſtatem attinet *d. cap. vnic. quę ſint regal. in vſib. feud. ca. ſuper quibuſdam §. pręterea de verb. ſign. diffuſe Caſtill. de tertijs cap. 41. a nu. 78. vſq. ad num. 83. Antonin. Diana tract. 3. de Comitijs Regni Siciliæ & Neapolis reſolutio. 1. cum. 4. ſeqq.* & in Regio Senatu Cathaloniæ concluſione facta 2. Auguſti 1574. in 44
cauſa inter Syndicum Capituli Sedis Gerundæ & Vniuerſitatem Oppidi de Lloret referente Sabater fuit deciſum ius concedendi vectigalia Vniuerſitatibus in pane, vino & carnibus & alijs victualibus & mercibus, in quibus contribuere teneantur tam naturales quam exteri ad Locum declinantes, eſſe mœre Regale in toto Principatu Cathaloniæ & Comitatibus tam in terris Domini Regis quam Baronum, adeo vt non requiratur conſenſus Baronis, neq; ad pręlibatas conceſsiones conſtitui poſsit diſcrimen inter terras Baronum & Domini Re- 45
gis. Et cõcluſione facta in eodem Senatu 1. Martij 1585. referente Planes in cauſa inter Syndicum Vniuerſitatũ Vallis de Aran & Duces Cardonæ ſimiliter fuit deciſũ præfatas conceſsiones eſſe de ſu-

 premis

Digitized by Google

premis Regalibus, tamẽ poſſeſsionem immemorialẽ ſufficere ad præſcribendum ius exigendi prędicta vectigalia,
46 quod & ipſe obſeruaui *in libro de offic. iud. & aduoc. par. 2. quæſt. 6. num.* 114. & 115. Sanè collectas quas vocant *taleas* inter homines ipſos de Vniuerſitatis corpore pro neceſſarijs cauſis potuit ſemper Vniuerſitas abſque Regio priuilegio imponere æqualitate inter illos ſeruata, vt quod homines manus maioris plus ſoluant & homines manus minoris minus, vt ſępius vidi declaratum in officio Magiſtri Rationalis Regij. Et quod ad hoc non requiratur Regia facultas, probant Cancer. *var. par.* 3. *cap.* 3. *a num.* 130. *vſq. ad num.* 142. & *Roſſental. de feudis cap.* 5. *con-*
47 *cluſio.* 75. Guid. Pap. *deciſ.* 631. *num.* 5. *vbi num.* 6. reſoluit maiorem partem Vniuerſitatis ligare minorem circa impoſitionem dictæ collectæ.

48 Ciuitas Barcinonæ ex diuerſis Regijs priuilegijs & vſu ac cõſuetudine antiquiſſimis ſemper impoſuit quæ voluit, vectigalia ſine Regio aſſenſu tam ciuibus quã exteris quibuſcunque ad Ciuitatem aduentantibus; neq. in
49 hoc paſſa eſt litem aliquam vel controuerſiam. Sed nouiſsimè *capitu.* 5. in concordatis Cathaloniæ cum potentiſsimo noſtro Rege Francorum ipſe Regiam authoritatem impendit pro ſua benignitate & munificẽtia vt omnes Vniuerſitates Ciuitatum Villarum & Oppidorum huius Prouintię abſque alio Regio priuilegio vectigalia imponere poſsint adeo vt nec eas cõpellat ad reddẽdũ rationem ſuarum impoſitionum, ſalua punitione Regia *ratione* doli & fraudis huiuſmodi adminiſtrationis, & nihil ominus Barones a ſuis ſubditis poſsint petere rationes & computa ſupradicta, prout eſt de iure. Et ideo 50
21. Februarij 1612. concluſione facta in Regio SenatuCathaloniæ referente Seniuſt inter Syndicum Villæ Sancti Cucuphatis & Præpoſitũ Monaſterij eiuſdem deciſum fuit quod dominus iuriſdictionis ciuilis plenæ, qualis eſt dictus Prępoſitus poteſt cogere

cogere Iuratos adminiſtratores & receptores impoſitionũ Vniuerſitatis ipſius Villæ ad reddendum rationem illarum coram prædicto Domino, cum Dominis incumbat cura an recte pecunia Vniuerſitatis & ſic viduarũ pupillorum & pauperum expendatur, non obſtante quod nunquam reddiderint coram Domino, ſed ſolum coram Auditoribus computorũ ad id per Vniuerſitatem electorum, cum non conſtaret olim de contradictione vaſſallorũ & dicti Domini Prępoſiti acquieſcẽcia, vnde potuiſſet incipere pręſcriptio.

51 Ex regalia & maioria ſuprema Principis manat poteſtas prohibendi & impediendi ſubditos ne extruant Caſtra turres & propugnacula, aut vallo, foſſoue ſuas ædes circundent & fulciant, etiam in proprio ſolo, maxime quando ſunt in limine Regni, tex. eſt *in l. 2. C. de fundis limitrophis lib. 11. Anton. Gomes in l. 46. Tauri num. 14. Caſtillo de tertijs cap. 41. num. 95. Calix. Ramirez de lege regia §. 16. nu. 64.* vbi ait quod ſi Caſtrum fieret ad æmulationem, vel materiam ſeditionis præberet, poterit prohiberi ne ædificetur, vel ſi voluerit quis conſtruere Caſtrum in liminibus Regni, quia ſoli Regi hoc eſt permiſſum. Similiter Portus & 52
portalia inter regalia continentur & Regis ſunt, late Sebaſtian. Neuius *quæ ſint regalia, ex num. 22. Caſtill. d. cap. 41. num* 117. Ciuitas Barcinonæ ex priuilegijs ſuorũ Regum, vſu & cõſuetudine antiquiſsimis eſt domina murorum & turrium & porta- 53
rum & portus ipſius vrbis & propugnacula eius omnia, quæ quamplurima ſunt, ſua ſunt, quantumuis ſita ſit in limine Regni, fulcit & munit illa & noua opera in eis pro ſua voluntate conficit, atque militum cuſtodias adhibet ſine ſtipendio ex Collegijs & Confratrijs artificũ & fabrorũ Ciuitatis & mercatoribus, & Conſul in capite eius eſt Dux vulgo *Coronell* huius militiæ, præfecti autẽ cohortium ſunt viri honorifici de genere militari, quod obſeruauit Bruniq. *ſua apologia*

gia

54 *gia cap.*28.*&* 29.& ad id habet famigerum atrium armorum ſiue armamentum, quod inter regalia Barcinonæ conceſſa numerauit Oliba.*de iur.fiſc.cap* 6.*num*.44.

55 Viæ publicæ inter Regalia referuntur,& ſolus Princeps poteſt in eis ædifficare vel aliquid facere,priuati nō poſſunt ſine eius licentia, & minus eas claudere *cap.vnic. quæ ſint regal.in vſib.feud. & ibi Sebaſtia.Neuius num.*8. 11. 19.*ad titulum,Caſtill.de tertijs d.cap.*41.*num.*119. *Calixt. Ramirez de lege regia* §.26. *num.* 31. *Maſtril. de magiſtra. lib.* 3. *cap.*10. *ex num.* 266. Ciuitas
56 Barcionæ a tempore immemoriali opera ad publicam vtilitatem *conſtruit* in ſolo publico ipſius *vrbis* ſine Regis licentia, vt *notat* Bruniq. *in apologia cap.*35. licet aliquādo viderim contradictum & ſignanter quando meo tempore in platea maris ædifficauit ampliando Capellam Sancti Sebaſtiani, quo caſu proCiuitate vna cum grauiſſimis Iureconſultis conſul-
57 tus fui. Imo ſi quis ædificat in loco publico vrbis vt in via vel platea,obtinet licentia ab Operarijs præfatæ Ciuitatis, eorum enim eſt cognitio de forma vel deformitate ędifficiorum in locis publicis, quod etiam animaduertit Bruniq.*d.cap.*35.Sed & 58
religioſi qui noua monaſteria in vrbe ædifficare volunt, petunt a Conſulibus Ciuitatis licentiā,quia habet quoddam RegisPetri priuilegium vt ſine Ciuitatis aſſenſu non poſsint conſtrui.

Denique hæc nobiliſsima 59
Ciuitas eſt domina, cum mero & mixto imperio pluriū Baroniarum nempe Villarum de Flix & de la Palma in ripa Iberi fluminis,& Caſtrorum & Oppidorum de Moncada & de Rexach & Ba- 60
roniarū de Monbuy in Vallen. & ex priuilegio habet territorium pro exercenda iuriſdictione in cauſis criminalibus ſuarum Baroniarum tam in domo ipſius Ciuitatis quam in domibus ſuorū Aduocatorum vſq. ad ſententiam incluſiue & non vltra nec in exequendo ſententiā. Eſt etiā domina Oppidi Calidarū de Sterach verſus Villam

Digitized by Google

lam Mataroni, atque olim fuit domina Oppidorum de Elx & Criuillen in Regno Valentiæ, nec non Villarum Tarragæ & Villæ Graſſæ & Comitatus Empuriarum & Villarum Tarraciæ & Sabadelli & Caſtri de Raona in Cathalonia ex pignore Regis Martini, qui poſtea illa redemit. Fuit quoque domina Caſtri de Roſanes & Villæ Martorelli, quæ Barcinonenſes ſuis armis aduerſus Comitẽ de Foix anno 1412. acquiſierũt, & meminit Bru-
61 niq. *in apologia cap. 36.* Hodie titulo regij pignoris poſsidet Baiuliam Generalem Cathaloniæ, eiuſq. iuriſdictiones & patrimonium regium in Cathalonia, & Conſules ipſi Ciuitatis gerunt officiũ Ba-
62 iuli Generalis Magiſtratus antiquiſsimi & clariſsimi, qui iure communi dicitur Procurator Cæſaris, vt notat Oliba *de iur. fiſc. cap. 4. nu. 52. & 53.* & in conſtitutio. *clarificant tit. de iuriſdictio de tots Iutges*, dicitur non habere Superiorem in Cathalonia, & per Thom. Mieres *par. 3. collatio. 11. fol. mihi 4. colum. 4.* habere totam Cathaloniam pro territorio vti Iudex patrimonij domini Regis. Ca- 63
ſus ad eius iuriſdictionem & officium ſpectantes, nobilis Don Acaſius de Ripoll olim collega meus cõſultiſsimus, cuius edita opera eximiam Authoris doctrinam & labores in noſtra Iuriſprudentia ad omnium vtilitatem; fructumq. vberrimũ ſuſceptos facile patefaciunt, congeſsit *Var. reſol. cap. 1. a num. 545. cum multis ſeqq.*

Alia multa Regalia habet hæc Ciuitas, quæ ſuis locis commemoramus. Nunc pro huius §. opportunitate hæc ſufficiant.

EX § XI.

SVMMARIVM.

1 *IVdicium proborum hominum Barcinonæ in Criminalibus quando locũ habeat.*
2 *Iudicij proborum hominum Barcinonæ in Criminalibus forma & praxis.*
Ab eo non datur appellatio nec

nec ſupplicatio,ibidem.

3 Priuilegium Regis Petri Secundi quo iudicium proborum hominũ Barcinonę fundatur.

4 Rex Petrus Secundus multa Barcinonæ priuilegia lacerauit & poſtea reſtituit ex capitibus ſapientum.

5 Priuilegia duo Ludouici Pij Imperatoris, quibus indulſit Barcinonenſibus vt ipſi ſe de omnibus criminibus(non nullis exceptis)iudicarent.

Et quæ fuerint excepta crimina num.6.

7 Iudicium proborum hominum Barcinonæ in Criminalibus non obtinet pręſente in Ciuitate vel Vicaria Barcinonæ domino Rege vel Prorege,& num.8.

8 Sententiæ omnes criminales Barcinonæ ferendæ ſunt in perſonam Domini Regis vel eius Primogeniti in eadem Ciuitate exiſtentium cum deliberatione Concilij Regij ex priuilegio Petri tertij.

9 Iudicium proborum hominum Barcinonæ in Criminalibus locum habet etiam procedente Viceſgerente Gubernatoris Cathaloniæ Viceregia ex conſtitutione.

10 Probi homines illiterati in ipſorum iudicio an in conſcientiæ foro teneantur Aſſeſſoris votum ſequi.

11 Iacobi Marquilles cenſura de iudicio proborum hominũ Barcinonæ in Criminalibus.

12 Homo ſine lege ferus eſt & lege informatus fit benignior.

13 Prouerbia duo circa hominis naturam conciliantur.

14 Homines hominũ cauſa generati ſunt.

15 Humana natura in deteriorẽ voluntatem eſt procliuior.

16 In iudicio proborum hominũ ſi alicui fiat iniuria, quod ſuperſit remedium.

Et pateſit exemplo deciſionis Regij Senatus,num.17.

17 Vicarius & Baiulus in iniquo proborum hominũ iudicio excuſantur.

18 Probi homines in ſuo iudicio an ſequentes Aſſeſſoris conſilium excuſentur.

19 Iudicium proborum hominũ non expectatur,vbi rei abſolutio ſequi debet.

20 Sententiæ abſolutoriæ in Criminalibus non fiunt in Cathalonia, ſed alta forma prouidetur.

21 Probi homines Barcinonę ſuo iudicio

iudicio Criminali an poſsint iudicare cauſas perſonarum de genere militari,& n.24.

22 *Milites ſunt de foro tantum Domini Regis in Cathalonia. Extende vt nec poſsint a Regio Vicario puniri & quomodo hoc procedat num.23.*

25 *Iudicio proborum hominum Barcinonę an procedente Viceſgerente Gubernatoris Cathaloniæ Viceregia, cognoſci debeat de caſibus regaliarū.*

26 *Gubernator Viceregia an cognoſcat de caſibus regaliarum,remiſsiue.*

§. XI.

De iudicio Procerum ſeu proborum hominū Barcinonæ in Criminalibus.

1 ABsēte a Ciuitate Barcinonæ Domino Rege & eius Primogenito,qui in omnibus illius Regnis Generalis eſt Gubernator, iudiciū criminale in ipſa Ciuitate & eius terminis ſpectat ad Barcinonenſes Conſules & Proceres ſeu probos homines hoc eſt eos qui ſint de Concilio eiuſdem Ciuitatis, ſiue Viceſgerens Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, qui frequenter appellatur Gubernator Cathaloniæ, præſideat Viceregia cū regio Senatu, ſiue via ordinaria cum ſuo Aſſeſſore, ſiue præſit eo abſente Vicarius vel Baiulus Barcinonæ reſpectiuè ſubditis
tis ſuis. Formatæ per Præſi- 2
dem contra delatos criminum reos inquiſitiones ad Conſules prædictos trāſmittuntur,vt illas recognoſcant cum aduocatis Ciuitatis, & an ſint rite factę videant. Poſtea Conſules vna cum viginti quatuor cōſiliarijs Cōcilij centum Iuratorum pręfatæ Ciuitatis omnium ordinum ad id ad ſortem electis ad carcerem ſe conferūt, vbi coram omnibus legitur inquiſitionis proceſſus & facta actorum relatione per Iudicem Regię curię vel Aſſeſſorem, & præmiſſo eiuſdem

voto dumtaxat conſultiuo, non deciſiuo præfati Conſules & Proceres bini alij poſt alios foras in receſſum egrediuntur relictis Gubernatore, Vicario, vel Baiulo præſidente, & cœteris ſocijs in priori cella, & ibi coram Conſule in Capite & vno vel duobus ex prædictis Proceribus & Scriba curiæ Præſidis ſuffragia ſua libere proferunt, quæ ab eodem ſcriba notantur, & maior ac conformis ſuffragiorũ pars ſententiã facit, a qua nec appellatio nec ſupplicacio conceditur, ſed exequutioni mandatur. meminit *Ferrer. 1. par. obſeruan. Gubernat. c. 86. Boſch de tit. honorif. lib. 4. cap. 3. §. 1. Berar. in ſpec. viſitatio. cap. 22. num. 21. latius Bruniq. in apologia cap. 13. & ego de offic. iud. & aduoc. par. 1. quæſt. 5. nu. 39. & quæſt. 23. num. 20.*

3 Fundatur hæc antiquiſſima conſuetudo in priuilegio Regis Petri II. Ciuitati Barcinonæ conceſſo 3. *Idus Ianuarij* 1283. c. 42. cuius hęc ſunt breuiſsima verba. *Item quod Proceres Barcinonæ & ciues iudicant homines in criminalibus.* eſt ſitum hoc priuilegium in 2. volum. conſtitution. Cathal. *titulo de las conſuetuts de Barcelona, vulgo appellatum. Recognouerunt Proceres.* quoniam Rex ille multa Ciuitatis priuilegia lacerauit ſeu combuſsit & poſtea mutato conſilio Proceribus præcepit vt illa ex capitibus ſapientum recognoſcerẽt & in ſcripto redigerent & reducta prælibato priuilegio confirmauit. refert Michael. Carbonell in Chronic. *cap. Del Rey en Pere cognomenat dels Franceſos. fol.* 77. *colu. 1. & 2.* 4

5 Sed & alijs antiquioribus priuilegijs nititur prædicta conſuetudo nempe duobus priuilegijs Ludouici Pij Imperatoris datis in Aquiſgrani in domo regia, altero Chalendis Ianuarij anno primo ſui Imperij & altero 4. Idus Februarij anno 3. ſui etiam Imperij, ideſt priori ſecundũ Chronic. Francorum anno a Chriſto Domino 815. & poſteriori, anno 817. vti obſeruauit hiſtoria annalis Francorum *Petri Pythei ab anno* 708. *vſq. ad annum* 990. *Diago in*

go in hiſtoria Comitum Barcinonæ lib.2.cap.4. Boſch de titul.honorific.li.5.cap.1. quibus priuilegijs Imperator cum Barcinonenſes a iugo Maurorum ſe ipſos liberaſſent,vt ipſemet aſſerit, indulſit eiſdem inter alia vt ipſi ſe de omnibus criminibus, non nullis exceptis, iudicarent ſecundum leges & iura ſua municipalia,& omnia mutuo definirēt, quod eſt iudicium proborum hominum,de quo loquimur, vt ita notat Bruniq.*in ſua apologia cap.1.num.* 75. *cum alquibus ſequentibus*
6 *& Boſch.d.cap.*1.excepta vero crimina puto eſſe tria nēpte homicidij, raptus, & incendij ſecundum notata per authorē Proclamationis Barcinonæ ad Regiam Maieſtatem.§.24. quæ tamen exceptiones in diſuetudinem a tāto tempore abierunt edito maxime dicto nouo priuilegio Regis Petri, in quo iſtæ exceptiones non leguntur.

7 Verum eſt quod pręſente in Ciuitate vel Vicaria Barcinonę non ſolum domino Rege,verum etiam eius Locūtenente Generali,qui *Alternos* vocatur, Regius Senatus,non Proceres ſiue probi homines iudicant in criminalibus, *Ferrer & alij ſuprà citati*: quamquam Ciuitas de ſuo priuilegio ſolita eſt proteſtari in ingreſſu & iuramento noui cuiuſque Proregis, vt aduertit Bruniq.*in d.apologia cap.13.num.1.* Iacobus Marquilles antiquus & 8
notiſsimus practicus Cathaloniæ in commentarijs manuſcriptis ad *Recognouerunt Proceres*,quę de manu in manum ſeruantur,quorum meminit Sigiſmundus Deſpujol *ad Thomā Mieres lit. V.in verbo, vxor.* aſſerit *ſuper dicto cap.42.*quod eo non obſtante Princeps vel eius Primogenitus Barcinonæ perſonaliter exiſtētes iudicant in criminalibus cum caſus euenit, quia per illum vel eius Primogenitum aut in perſonam ipſius vel eius Primogenitī omnes ſententiæ criminales in eadem Ciuitate ferri debent cum communicatione vel deliberatione Concilij Regij & alias ferri non poſſunt,vt patere ſubdit per priuilegium Barcinonæ Regis Pe-

Petri III. *Dat. Barcinonæ 21.*
9 *Maij 1380. & Regni ſui 35.*
Quod autem etiam guber-
nante Viceregia Viceſgerẽ-
te Gubernatoris Cathaloniæ
procedat Iudicium Proce-
rum Barcinonæ eſt conſt.
vnic.*tit.de la Audient.del Go-*
uernador Viceregia.

10 Quam periculoſa ſint iſta
Procerum illiteratorum iu-
dicia, & an illi in conſcien-
tiæ foro teneantur votum
Aſſeſſoris ſequi ſcripſi *in li-*
bro de offic. iudic. & aduocat.
par.1.quæſt.5.ex num. 39. non
11 eſt cur repetam.Solum adij-
ciam,quia ibi non memini,
inſignem Iacobi Marquilles
locum *in d.cap.42.* loquentis
de iudicio Procerum Barci-
nonæ & ipſius conſuetudine
a Rege Petro II. eodem ca-
pite confirmata,& quoniam
iſta commentaria nunquam
fuerunt typis mandata, re-
feram verba ipſa authoris.
Miror de tanto Principe (in-
quit)*qui erat Rex Petrus Secũ-*
dus Rex Aragonũ Comes Bar-
cinonæ Victorioſiſſimus, quique
ipſam conſuetudinem vna cum
prædictis & ſubſcriptis confir-
mauit Barcinonæ 3.Idus Ianua-
rij 1283.quæ confirmatio quo ad
hanc conſuetudinem ab vtriuſ-
que iuris pagina improbatur.ra-
tio quia iudicium Procerum iu-
ra ignorantium ſpeciale in iudi-
cando in criminibus vt hic, ad-
mitti non debet vllo modo,quid-
quid huc vſque peractum fuerit:
nam ipſa conſuetudo expellenda
eſt & procul pellenda tum quia
dicti Proceres laici ſunt & in
ſimilibus minus experti, & per
conſequens cæcus male indicat
de coloribus,tum quia ipſi Pro-
ceres in his iudices ſunt formati
& ſic oportet quod ſciant di-
ſtinguere lepram a lepra,vt ex-
tra qui filij ſint legitimi cap.
per venerabilem,cum autem hoc
ceſſet in eis, per conſequens ceſ-
ſare debent eorum iudicia; ceſ-
ſãte enim cauſa ceſſat effectus,
extra de iure iuran. cap. & ſi
Clericus;tum quia ad ſimilitu-
dinem Principis,qui voluit con-
ſuluiſſe in condendo leges, præ-
ſati Proceres ante ſententiã ſuã
per proceſſu criminali a Iuriſ-
peritis conſilium petere debent
l.humanum C. de legib. & ſic
guartſi qui guardarſi ha nam
reddituri ſumus rationẽ de pro-
prijs factis coram Altiſſimo.
Hactenus Marquilles.

Illud

12 Illud obſeruatione dignũ ex magiſtra experientia puto, quod ſicut legiſperitus ad benignitatem ex ſcitiſsimis iuris regulis inclinat, ita legis ignarus ad rigorẽ & crudelitatem fertur. Quia homo ſine lege ferus eſt & lege etiã humana, quæ ab æterna deriuatur, informatus fit mitior & benignior: quod ſenſit *Ouidi. Faſtor. lib. 3. ita canens.*

Inde datę leges ne fortior omnia poſſet:
Exuitur feritas.

Hinc prodijt antiquũ adagium. *Homo homini lupus eſt.* & Hierem. cap. 17. *Maledictus homo qui confidit in homi-*
13 *ne.* & licet aliud reperiatur veterum ſapientum prouerbium quod videbatur cõtrarium nempe. *Homo homini Deus eſt.* hoc tamen dictum eſt propter neceſsitatem & indigentiam hominis quod
14 homo indiget auxilio hominis. Vnde Stoici Philoſophi, vt Cicero *lib. 1. officiorum* refert, docuerunt homines hominum cauſa eſſe generatos vt ipſi inter ſe alijs alij prodeſſe poſsint. Humani eam cordis duritiam Saluator noſter oſtendit *Lucæ cap. 11.* cũ diſcipulis ſuis ait. *Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data filijs veſtris dare: quanto magis Pater veſter de cœlo dabit.* E- 15
tenim humana natura, vt S. Ambroſi. *lib. 1. de vocatio. genti. cap. 2.* profert, in primi hominis præuaricatione vitiata, in deteriorem ſemper eſt procliuior voluntatem.

16 Sed ſi ab iſta Procerum Barcinonæ ſentẽtia, non datur appellatio nec ſupplicatio, vt ſupra notaui ex Bruniq. *in d. apologia cap. 13.* nunquid iniuſte cõdemnatus carebit remedio? Certe ſi manifeſta ei fiat iniuria, nunquam cenſeo excluſum boni iudicis officium ad tradita per me ipſum *in lib. de offic. iud. & aduoc. par. 1. quæſt. 9. nu. 178. & ſeqq.* vbi quamplurimos allegaui DD. quibus addo Did. Spino *in ſpec. teſtam. gloſ. rubr. par. 12. nu. 48. & 49.* vbi exemplum ponit in hæretico condemnato, qui appellare non poteſt, & tamen implorare poteſt officium iudicis per viam querelæ, & ſubdit ita ſeruari in Hiſpania etiam circa hæreticos.

17 Accidit in Regia Audientia Cathaloniæ quod cum in Ciuitate Ilerdæ Proceres iudicēt homines ex regio priuilegio in criminalibus vt obſeruaui *in d. part.1.quæſt.5. num.39. & quæſt.23. num.20.* & obſeruat Micha. Ferrer 1. *part. obſeruant. Gubernat. cap. 86.* quidam Bernardus Roca furnerius iudicio Ilerdenſiū Procerum condemnatus cōqueſtus fuit ciuiliter & criminaliter de illorum iniuſta cōdemnatione & prodijt aduerſus eos regia ſentētia cōcluſione facta 23.Janua. 1598. referente Oliba inter d.Roca & Carolum de Caldes & alios, qua declaratur quod ex quo dictus Roca fuit condemnatus per Curiam & Vicariū Ilerdæ & iudicio Procerum quod fuſtigaretur & banniretur & ſententia fuit exequuta, licet dictus Roca inſtituerit cauſam criminalem in Regia Audientia cōtra dictos Proceres pro iniuſtitia dictæ ſententiæ, & licet fuerint cōdemnati quod carcer & longa detentio cedat pro pœna, tamen quia damnorum & iniuriæ nulla habita fuit ratio, quamuis dictus Roca hoc ſimul petijſſet, & propterea ciuiliter iterū petijt dictam iniuriā & damna, ideo quia conſtat dictam ſententiam iniuſtam fuiſſe, dicti Proceres condemnantur inſolidum ad ſoluendum dicto Roca quadringentum libras pro emendatione dictæ iniuriæ & pro æſtimatione damnorum ita quod vna exactio ſufficiat: Vicarius vero & Patiarij cum ex debito officij ſui teneantur reſpectiue ſequi vota dictorum Procerum cauſę & ſententiæ & illius executioni aſsiſtere, fuerunt abſoluti. Sunt verba ipſius concluſionis.

Quando Proceres ſequuntur Aſſeſſoris conſilium, etiā ſi quid iniquū iudicauerint, excuſantur in Syndicatu & iudicio contra ipſos inſtituto ſi tamen ſint imperiti, vt *ex Auiles in ca.1. Prætor. gloſ. a las partes num.* 30. ſcripſi *d. par.1.quæſt.5.num.* 40. & Nauarr. *in manual. cap.25. num.15.* ſubdit quod qui Aſſeſſorem habet & quem debet conſulit, & eius conſilium ſequutur 18

tus male iudicat, non peccat.

19 Si in crimine de quo inquiritur contra reum, ſecundum merita proceſſus ſequi non debet condemnatio, ſed abſolutio, docet Marquilles *in dd. ſuis commentarijs ſuper d. cap. 42.* non expectari iudicium Procerum & ita illud
20 capitulum interpretatur. Sane in Cathalonia in Criminali Concilio non fiunt ſententiæ abſolutoriæ, ſed loco ſentẽtiæ abſolutoriæ fit prouiſio quod reus relaxetur à carceribus, in quibus detinetur, & aliquando ſine expenſis, aliquando autem ſub ſacramento & homagio. Fiunt & aliæ prouiſiones in defectum probationum tradendo reum manuleutæ, vt proſequitur Peguer. *in prax. crim. cap. 12. §. 15.*

21 An Proceres Barcinonæ ſuo iudicio criminali poſsint iudicare cauſas perſonarum de genere militari, ſi alicuius criminis poſtulẽtur, in magnam cõtrouerſiã anno 1641.
22 venire vidi, cum iſti rei ſint de foro domini Regis vt in ſententia Regis Petri III. *in 2. vol. cõſtitutio. tit. de iuriſdictio de tots Iutges cap. 6.* ibi *Attendentes quod ad nos ſolum pertinet, iudicare & cognoſcere de perſonis generoſis & non ad alium quemcunque.* Quod eſt adeo verum vt nec poſsint
in Cathalonia a Regio Vica- 23
rio puniri ſecundum Calici. *in prærogatiua militari nu. 29. & 30. & 31. & in Vſatic. placitum mandetur num. 4. verſic. 18.* quod fuſe poſt duo lumina magna Iuriſprudẽtiæ Cathaloniæ Iacobi Cancerij & Petri Fontanella conſultiſsimorum Doctorum ſecundũ ipſorum diuerſas traditiones declaraui ego minimus omnium *de offic. iud. & aduoc. par. 1. quæſt. 7. num. 62. & ſeqq.*
& latius a num. 57. Volui prę- 24
dictam de iudicio Procerum quæſtionem hoc loco latius examinare & diſceptare. Sed quia dicto anno 1641. indeciſa manſit, propterea maturo conſilio pedem retraxi. videnda ſunt ad hanc quæſtionem *Conſtitutio Vnica tit. de la Audiencia del Gouernador Viceregia, Thomas Mieres par. 3. collatio 10. ſub rubrica, Vt cauſa criminalis per reſcriptum vltra duos menſes nequeat impediri*

Digitized by Google

pediri num.11.in veteri editione fol.37.Marquil.in noſtro c.42. priuilegij Petri Secūdi,Stephā. Bruniq.Syndicus Ciuitatis Barcinonæ in ſua apologia de eadem Ciuitate ca.13.Micha.Ferrer. par.1.obſeruantiarum Gubernatoris Viceregia ca.45. Calici.de prærogat.milita.num.31.

25 Similiter hoc anno 1642. grauem ortam contentionē vidi an procedente Viceſgerente Gubernatoris Cathaloniæ Viceregia, cognoſci debeat iudicio Procerū Barcinonę de caſibus regaliarū. Extat de hac quæſtione votum excellentiſsimorum Iureconſultorum Iacobi Cancerij & Iacobi Aymerich anni 1615. quod in domo Ciuitatis Barcinonę cuſtoditur, & ipſa pro ſe allegat. Audiui multa pro negatiua opinione a Regijs Senatoribus doctiſsimè expenſa fuiſſe. Non eſt Tridentis mei motos cōponere fluctus. Dicto anno 1642. per Dominum Gubernatorem fuit ſublata regalia a caſu de quo agebatur, & poſtea iudicio Procerum Barcinonæ cauſam iudicauit. An Gubernator Viceregia cognoſcere valeat de caſibus regaliarum & iudicare in Cathalonia, tradit Micha. Ferrer. *par.1.obſeruan.Guber.Gen. Vicereg.cap.16.& 43.*

EX §. XII.

SUMMARIUM.

1 *Statuendi facultas Ciuitati Barcinonæ conceſſa pro bono & tranquillo Reipublicæ ſtatu.*

2 *Statuendi facultatem habebat Ciuitas Barcinonæ ante priuilegium Regis Iacobi Secundi.*

3 *Statuendi facultas data cenſetur Concilio ordinario Ciuitatis Barcinonæ.*

4 *Statuere quot ex medicis & chirurgis tempore peſtis debeant Barcinonæ reſidere & ſuper eorum iuſto præmio, ſpectat ad eandem Ciuitatē ex deciſione Regiæ Audientiæ.*

5 *Statuere & taxare pretia carnium Barcinonę ſcindendarum & cura prouiſionis ipſarum ſpectant ad eandem Ciui-*

Digitized by Google

Ciuitatem ex deciſione Regij Concilij.

6 *Precibus fruſtra imploratur quod iure communi conceditur.*

7 *Ciuitates etiam Superiorem recognoſcentes poſſunt de iure communi ſtatuere in concernentibus adminiſtrationẽ rerum Reipublicæ.*

Ciuitas an poſſit ſtatuere ne cui liceat in territorio ſuo venari.ibidem.

8 *Statuere licet Vniuerſitati ſuper modo, & forma tenendi & paſcendi pecora ex deciſione Regiæ Audientiæ.*

9 *Ciuitates non agnoſcẽtes Superiorem; vel agnoſcentes, habentes tamen merum & mixtum imperium, quæ ſtatuta condere poſſint.*

10 *Ciuitates Superiorem agnoſcentes, licet iuriſdictionem non habentes, quæ ſtatuta cõficere poſſint.*

Quibus tamen caſibus hoc fallat, num.12. & 13.

11 *Pœnam imponere eſt quid iuriſdictionis.*

14 *Statuere quoties poteſt Vniuerſitas an in conſequentiam poſſit pœnam imponere, & quam pœnam.*

15 *Barcinonę Ciuitas multo ampliorem facultatem ſtatuendi habet, quam aliæ ſimiles Vniuerſitates de iure communi habent.*

16 *Ciuitas vnaquæque ſibi ius Ciuile conſtituit, non Prætorium.*

17 *Barcinonæ Ciuitas quando in ſuis ſtatutis ſolita ſit apponere pęnam corporalẽ grauem, & an contra fabricantes falſam monetam.*

Et contra delinquentes in officio de la cana, nu.18.

19 *Præconia tam ſtatutorum quam aliorum decretorũ Ciuitatis Barcinonæ quomodo concipiantur & cuius authoritate publicentur & exequantur.*

20 *Termini Barcinonæ qui dicantur & quo vſque extendantur.*

21 *Territorium Barcinonæ ſiue horti & vineta Barcinonæ ita dicta quo vſque porrigãtur, & num.22. & 23.*

22 *Intellectus cap.12. priuilegij* del Recognouerunt Proceres *in 2.vol.conſtitut.Cathaloniæ tit.de las conſuetuts de Barcelona.*

23 *Territorium Barcinonæ antiqui-*

tiquitus aliter deſignatum.

24 Statuit Locumtenens Generalis Domini Regis pro bono publico Principatus ad ſupplicationẽ Ciuitatis Barcinonæ tanquam Capitis ipſius Principatus.

25 Appellatio an & quãdo & ad quẽ effectũ detur ab ſtatutis.

26 Statutum quod dicatur generale & quod ſingulare.

27 Ab ſtatuto appellare quilibet de populo poteſt & quomodo & an adiri valeat Superior per querelam.

28 Statutis Ciuitatis Barcinonę an ligentur nobiles & de genere militari, & an clerici & num.32.

29 Statuta Ciuitatum & Oppidorum Cathaloniæ an afficiant milites.

Et quid ſi Ciuitas habeat priuilegium ſtatuẽdi in ipſa Ciuiliter & Criminaliter tã ſuper rebus quã hominibus cuiuſcunq. legis & conditionis. num.30.

31 Milites & generoſi homines an ſint de corpore Vniuerſitatis & eius Concilij in Cathalonia.

33 Statuta Ciuitatis Barcinonæ an afficiant famulos & officiales Domini Regis.

34 Statutum generale condendo poteſt Ciuitas auferre ius priuati, ipſique derogare ſine damni compenſatione.

Fallit ſi ſtatutum non eſſet vniuerſale, ſed ſingulare. num.35.

36 Ciuitas, etiã ex cauſa publicę vtilitatis a contractu ſuo recedens tenetur partialteri ad damna paſſa & lucra amiſſa.

37 Statui quę poſſint ratione publicæ vtilitatis.

38 Ciuitas generaliter ſtatuendo neminem dicitur ſpoliare, & quando tamen hoc fallat.

39 Ciuitas non dicitur violare conſtitutione liberi cõmercij in Cathalonia ſi ob publicam vtilitatẽ ſtatuat merces ante ipſarum venditionem ſub jci examini & recognitioni, vel eas denunciari.

40 Statutis ſuis Ciuitas poteſt grauiorem facere conditionẽ forenſium quam ciuium.

41 Diſpẽſare poteſt Ciuitas ſuper ſuis ſtatutis.

42 Statuere non poteſt Ciuitas Barcinonæ quicqnam contra regia priuilegia ſicut nec cõtra cõſtitutiones Cathalonię.

43 Rex

Digitized by Google

43 *Rex non cenſetur ſibi abſtuliſſe facultatem ſtatuendi in Ciuitate, licet eidem conceſſerit poteſtatem ſtatuendi.*

44 *Ad Regem pertinet ordinatio adminiſtrationum & regiminum Ciuitatum Villarũ & Locorum Principatus Cathaloniæ, & quæ debeat eſſe regiorum priuilegiorum ſuper his obſeruantia.*

45 *Statutum Ciuitatis requirit cauſæ cognitionem & partis citationem ſi ab illa fiat tanquam a Iudice.*

46 *Priuilegia Ciuitatis ſtatuendi circa victualia & circa cuſtodiam a morbo priuatiue ad Locumtenentẽ Generalem & regios officiales.*

§ XII.

Ciuitas Barcinonæ habet ius ſtatuẽdi pro bono Reipublicæ cum pœnis etiam corporalibus.

1 REx Iacobus Secũdus ſuo priuilegio *dat. Tarraconæ* 10. *Chalendas Februarij* 1319. quod eſt caput vnicũ. *tit. de ſtatuts e ordinacions in* 2. *vol. conſtitutio.* cõceſsit Ciuitati Barcinonæ vt Conſules & Proceres eius perpetuò poſſent pro bono & trãquillo illius ſtatu & ad fidelitatẽ & vtilitatem regiam & Reipublicæ ſtatuta condere in ipſa Ciuitate & eius terminis cum pœnis pecuniarijs & corporalibus, etiam membrorum mutilationis & mortis ſiue vltimi ſupplicij, ac Vicarij & Baiuli Barcinonæ illa ſtatimatque edita forẽt, pręconizari & in cõcuſſe ab omnibus obſeruari facere tene-
rentur. Fatetur Rex ipſe in 2
hoc priuilegio reperiſſe Ciuitatẽ in poſſeſsione ita ſtatuendi in ciuilibus & criminalibus ſine regia authoritate, itaque libere potuiſſe huiuſmodi ſtatuta facere ſine regia facultate ante præfatum priuilegium, quo tamen prędictam conſuetudinem & poteſtatem Ciuitatis confirmauit & de nouo indulſit.
Hoc priuilegium quo ad Cõ- 3
ſules & Proceres ſtatuentes intelligitur de Cõcilio ordinario Ciuitatis, vulgo dicto

Tremenari & a fortiori de Concilio centum Iuratorum & ita obſeruatur. Meminit prælibati priuilegij Andræ. Boſch. *de titul. honorific. lib.* 4. *cap.* 3. §. 1. *Berar. in ſpecul. Viſitatio. cap.* 22. *nu.* 22. *Bruniq. in apologia, cap.* 12.

4 Sic in Regio Senatu 10. Ianuarij 1561. fuit facta concluſio quod ad Conſules & Proceres Barcinonæ ſpectat iuſto & equo arbitrio ſtatuere quot ex medicis & quot ex chirurgis debeāt in Ciuitate tempore peſtis perſonaliter reſidere, nec nō de forma & præmio vt iuſtum eſt, eo tempore de publico illis conſtituendo prouidere. Et

5 15. Maij 1528. alia concluſio eiuſdem Regiæ Audientiæ quod ad Conſules & Concilium Barcinonę pertinet ſtatuere & taxare pretia carniū in eadem ſcindendarū, prout cura abundantiæ & prouiſionis ipſarum.

6 Sed quoniam fruſtra precibus imploratur quod iure communi conceditur *l.* 1. *ff. ad municipa. l. Imperatores ff. de priuil. credit. Surd. dec.* 173. *nu.* 18. ideoque priuilegium præſupponit ius commune eſſe in contrarium: Iure autem communi Ciuitates etiā Superiorē recognoſcentes poſ- 7
ſunt ſtatuere in concernentibus adminiſtrationem rerum Reipublicæ ſecundum *Bart. num.* 3. *Angel. num.* 5. *Iaſon. num.* 2. *& ex num.* 21. *cum ſeq. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iur. Crauet. conſ.* 238. *num.* 1. *Deci. cōſ.* 197. *col.* 2. *Tiber. Decia. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 5. vbi ponit exemplum veluti ſi ſtatueret Ciuitas ne cui liceret in ſuo territorio ſine licentia ſua vel Superioris venari. *Franciſc. Marc. deciſ.* 804. *num.* 3. vbi ait Ciuitatem quæ Superiorem habet, poſſe ſtatuere in concernentibus adminiſtrationē ſine cōfirmatione. Auendaño *in cap.* 19. *Prætor. nu.* 5. Auiles *in cap.* 17. *Prætor. gloſ. las hora. & nu.* 23. *in fin.* Gutier. *lib.* 3. *pract. qq. cap.* 23. *num.* 1. *&* 17. quidquid contrarium ſentiat Bouadill. *in politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 116. contra quem conferunt tradita per Cabedo *dec.* 47. *num.* 3. *par.* 2. Loze. *de iure Vniuerſit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 66. *&* 67. Purputat *conſ.*

556.

Digitized by Google

556. num. 11. & 27. Sic 25 Iu-
8 nij 1598. eſt concluſio Regij
Senatus quod Vniuerſitati-
bus licet ſtatuere ſuper mo-
do & forma tenendi & paſ-
cendi pecora in terminis ip-
ſarum ex cauſis bonum pu-
blicũ concernentibus & om-
nes incolę obedire tenentur,
ne quod ſemel atque iterum
ordo decreuit, paucorũ vtili-
tate reſcindatur. Ideo videa-
mus breuiter quam ſtatuen-
di facultatem habeant iure
communi Ciuitates.

9 Veritas eſt quod Ciuita-
tes non recognoſcentes Su-
periorem, vt eſt Ciuitas Ve-
netiarũ, poſſunt ſtatuta con-
dere etiã pœnalia, quia ęqui-
perãtur Principibus. Recog-
noſcentes autem Superiorẽ
ſi habeant merum & mix-
tum imperium, poſſunt etiã
pœnalia ſtatuta edere, non
tamen quæ ſint contra leges
Superioris, ſed poſſunt au-
gere pœnam pro maiori ob-
10 ſeruantia legis a Superiore
ſtatutæ. At Ciuitates Supe-
riorem habentes licet iuriſ-
dictionem non habeant, poſ-
ſunt circa res ſuas & circa ea
quæ concernunt adminiſtra-
tionem rerum ſuarum & ip-
ſorum ſtatuta facere, non ta-
men poſſunt pœnam impo-
nere, quia pœnam imponere 11
eſt quid iuriſdictionis. Fallit 12
vbi pœna tantum apponere-
tur inter ipſos de ipſo Con-
cilio Vniuerſitatis pro obſer-
uãtia ſtatuti, vel ſi omnes de
Vniuerſitate obligarẽt ſe ad 13
pœnam. fallit item ſi id face-
rent ex conſuetudine præſ-
cripta vel ex priuilegio Su-
perioris habentis iuriſdictio-
nẽ. Ita probatur ex late tra-
ditis per Iaſon. *in d. l. omnes*
populi in 2. lectu. num. 34. & 35.
& Tiber Decian. *to. 1. tract. tr.*
crimin. lib. 2. cap. 33. a nu. 1. vſ-
que ad num. 5. & noſtrum Can-
cer. *var. reſol. par. 3. cap. 13. a n.* 14
350. *vſq. ad nu.* 360. qui tamen
nu. 357. cum 3. ſeqq. cenſet quo-
ties Vniuerſitas poteſt ſta-
tuere, poſſe ipſam in conſe-
quentiam pro ſtatuti obſer-
uatione apponere pœnã ſal-
tem pecuniariam pro ſtatuti
obſeruatione, ne illud ſta-
tutum fiat inutile; ſed pro
executione pœnę adeundum
eſſe Ordinarium, qui exe-
quatur, & cum Cancerio in
his concordat Bouadill. *in po-*
lit. lib.

Digitized by Google

*lit.lib.3.ca.8.n.*158.*& n.* 360.
& Cabedo *dec.*47.*nu.3.par.2.*
Hinc infertur Ciuitatem
15 Barcinonæ quæ pro bono &
tranquillo illius ſtatu pote-
ſtatem habet in Ciuilibus &
Criminalibus condẽdi ſtatu-
ta in ipſa Ciuitate & eius ter-
minis cum pœnis non ſolum
pecuniarijs ſed etiam corpo-
ralibus. & mutilationis mẽ-
brorũ & mortis, multo ma-
iorem facultatẽ habere quã
aliæ Vniuerſitates Superio-
rem recognoſcentes habent
vigore legis *omnes populi ff.de*
16 *iuſtit.& iur.*ex qua dicit Ben-
uenut. Stracta *de mercatura tit*
quomodo procedẽdum ſit in cau-
*ſis mercatorum n.*35.quod vna-
quæque Ciuitas ſibi ius Ci-
uile conſtituit, non Præto-
17 rium. Verum eſt quod raro
ſolita eſt noſtra Ciuitas ap-
ponere pœnam corporalem
grauem, veluti mutilationis
membrorum & vltimi ſup-
plicij,niſi tempore peſtis vel
belli. Vidi tamen in domo
Ciuitatis prædictæ in quodã
libro præconizationũ & or-
dinationum ipſius quandam
ordinationem eius ſub die 11.
Iulij 1556. qua impoſuit pœ-
nam mortis contra fabrican-
tes falſam monetam.& legi-
tur voce præconia per Vica-
rium Barcinonæ publicata.
Sed & vidi cõcluſionem Re- 18
giæ Audiẽtiæ factã 17. Octo-
bris 1497. ſuper delictis per-
petratis per Petrum Pujol
paratorem pannorum in of-
ficio *de la Cana* & concludi-
tur in ea quod ſoluat pœnam
quingentarum librarum vel
quod amputetur ei manus ſi-
niſtra ſecundum quod elege-
rit propter obſeruantiam or-
dinationis factæ per Conſi-
liarios Barcinonæ,& ſatisfa-
ciat damna partibus & ban-
niatur. quæ concluſio facta
fuit inſtantibus Proceribus
paratorum pannorum.
Nota quod præconia ſta- 19
tutorum Ciuitatis Barcino-
nę cõcipiũtur nomine Vica-
rij vel Baiuli ipſius Ciuitatis,
cuius authoritate & nomine
præconizantur & publican-
tur ſicut & exequutioni pœ-
næ illorum demandãtur, vti
cernere eſt *in cap. finali.tit.de*
lloguers & in ca.2.tit.de cõpra
y venda in 2.vol.conſtitut. vbi
habes huiuſmodi præconia
& ſtatuta Barcinonæ, & paſ-

ſim

Digitized by Google

ſim in domo eiuſdem Ciuitatis. At alia decreta Ciuitatis præter ſtatuta non præconizãtur nomine & authoritate Vicarij ſeu Baiuli, ſed ipſorum Conſulũ ipſius Ciuitatis, & ita obſeruatur, adeo vt euocata cauſa criminali ad Regium Concilium, ſi Ciuitas velit denuntiantibus delinquentem & delictum probantibus promittere pręmia, præconia ſuo nomine faciat, & voce pręconia per loca ſolita ipſius vrbis publicet ſine interuentu aut nomine alicuius regij officialis vel iudicis.

20 Circa declarationem terminorum Ciuitatis Barcinonæ obſerua dari terminos & dari territorium Barcinonę. Termini Barcinonę ſunt qui in prænarrato priuilegio Iacobi Secundi de anno 1319. concedente facultatem ſtatuendi deſignantur, nempe a Montecati vſq. ad Caſtrum Felix, & a Montecateno ſeu loco de Feneſtrellis, & a colle de Erolla, & de Gauarra, & de Valleuitraria, & a Villa Molendinorum Regalium Lupricati vſque ad duodecim leucas infra mare. Ita quoque illos refert Solzona in libello ſtyli capibreuiandi poſt ipſum tractatum capibreuiandi ſub titulo *Termens de Barcelona*. Eoſdem etiam deſcriptos reperies in primo virido eiuſdem Ciuitatis ſub titul. *Protentio terminorũ Barcinonæ fol. 36.* Territoriũ autem Barcinonæ, quod & alio nomine dicuntur horti & vinetum Barcinonæ, declaratũr eſſe quantum protendũtur limites Eccleſiarum Parochialium præfatæ Ciuitatis & eius ſubvrbij, & Parochiæ Sãcti Martini de Proẽſals, & Parochiæ de Sarriano, & Parochiæ de Sans, & non vltra. Ita explicatur in ſententia arbitrali, quę legitur *in 2. vol. conſtitutio. tit. de dret emphiteotic. verſic. Hortos autem & vinetum.* & eſt apud omnes Notarios publicos 21

22 Barcinonæ receptiſsimum. Ita quoque inuenio deciſum in Regio Senatu concluſione facta 10. Octobris 1598. inter creditores bonorũ Ioannæ Sala & Santapau & procuratorem Hoſpitalis Generalis Sanctæ Crucis Barcinonæ ſe-

næ referente Salba; vbi fuit concluſum domum & terras ſpecialiter obligatas in inſtrumento violarij ſitas in Parochia Sanctæ Mariæ de Bitulona eſſe extra vineta & hortos Ciutatis Barcinonæ, qui tantum ſe extendūt quātum limites Eccleſiarum Parochialium dictæ Ciuitatis, & eius ſubvrbij, & Parochię Sancti Martini de Proenſals, Parochiæ de Sarriano, & Parochiæ de Sans, & non vltra, ſicque firmam dominij ratione in illis factam tanquam extra vineta & hortos quo ad temporis prioritatē & iuris potioritatem nihil operari ſaltem in pręiuditiū creditorum, quibus iam antea fuerat ius quæſitum in dictis bonis. Quæ concluſio optimam continet declarationem ad cap. 12. priuilegij *del Recognonerūt proceres in 2. Vol. cōſtit. Cathaloniæ tit. de las*

23 *cōſuetuts de Barcelona.* Quamquam aliud fortein antiquioribus ſeculis fuit habitum territorium Barcinonæ: quia inuenio antiquiſsimam Regiæ Audientiæ concluſionē, qua 18. Decembris 1489. Fuit cōcluſum quod Ciuitas Barcinonæ poteſt apponere impoſitiones ſuper carnibus, quæ vēduntur in Parochijs Sancti Baudilij de Lupricato de Bitulona, de Sarriano, & de Hoſpitaleto territorij Barcinonę.

Quando aliquid extra Ciuitatem Barcinonæ & eius terminos pro bono publico expedit ordinare, ſupplicem ad id petitionem porrigunt Conſules ipſius Ciuitatis tāquam capita Prouinciæ Locumtenenti Generali Domini Regis, vt ipſe ordinet, quē admodum in Regio Senatu 18. & 27. Aprilis 1521. & ita ſœpius, concluſione facta ad ſupplicationem Syndici Ciuitatis Barcinonę attenta penuria, de qua conſtabat per informationem receptā, inuenitur concluſum quod fierent præconizationes quod frumenta & alia grana non extraherentur a Principatu & Comitatibus & quod duraret prohibitio ſecūdum tēpus conſtitutionis. 24

A ſtatutis Ciuitatis ſi generalia ſint, non datur appellatio quo ad effectum ſuſpēſiuum, 25

Digitized by Google

ſiuum,ſed quo ad deuolutiuũ dumtaxat,ſicq. Bart. *in l. Vlti. de appellationib. recipien.* & poſt eum Felicianus de Solis *de cenſib. lib. 1. cap. 9. verſic. Sexto in hanc partem.* Cancer. *var. par. 3. cap. 3. num. 97.* aſſerunt appellationem a ſtatuto quod generaliter factum eſt, non impedire vim & effectũ eiuſdem ſtatuti: ſecus tamen ſentiunt ſi ſtatutum eſſet ſingulare in odium vnius aut certarum perſonarũ, & ita meo tẽpore in cauſa Syndici Barcinonę fuit deciſum referente Bonet in tertia Aula Re-
26 giæ Audientiæ. Et quod ſtatutum dicatur vniuerſale & quod ſingulare, declarant Bald. *in l. iudicibus. C. de appel.*
27 Oſaſc. *deciſ.* 17. Admittitur autem ad appellandum a ſtatuto Vniuerſitatis quilibet de populo, vel iudicis officio vel conditione l. ambitioſa *ff. de decret. ab ordin. facien.* vt not. Fel. *in c. cũ omnes n. 17. de conſt.* Ioan. Garc. *de nobil. gl. 3. §. 2. num. 17.* & citra appellationẽ per viam querelæ adiri Superior poteſt ad ſtatuti reſciſionem, vt idem Felin. docet.

Quęro an nobiles & de genere militari Barcinonenſes 28
ligẽtur ſtatutis Ciuitatis Barcinonæ. Sane Calicius in tra- 29
ctatu, quem nomine Prærogatiuę militaris inſcripſit, a *num. 11.* accuratè & effuſè admodum diſceptat an in Cathalonia ſtatuta Ciuitatum Villarum & Oppidorũ, etiã Regiorum, in quibus milites & generoſi non ſunt de ordine Concilij, ſed in eis domicilium ſuum fouent, afficiant ipſos circa veſtimenta & ornamentum perſonarum eorum & vxorum & filiorũ & circa delationem enſis, ita vt prædictis ſtatutis obligẽtur & banna ac pœnas ſtatutorum ipſorum incurrãt. Et demum *num. 25.* reſoluit negatiue in prædictis veſtimẽtis & ornamentis & delatione enſis & in ijs quæ tangũt ſpeciale priuilegium & ſpecialem prærogatiuã dictorũ hominum: ſecus in alijs quæ attinent ad politicam & ornatum Ciuitatum Villarum 30
& Oppidorum. Et poſtea *ex num. 26.* diſputat an idem dicendum ſit ſi Ciuitas habeat regium priuilegium ſtatuen-

31 di in ipſa Ciuiliter & Criminaliter, etiam ad mutilationem mēbrorum vel mortem naturalem incluſiue tam ſuper rebus quam hominibus cuiuſcunq. legis vel conditionis exiſtant, & *num.* 29. 31 *&* 42. concludit idem dicendum eſſe. Præcipua fundamenta Calicij ſunt quia dicti milites & generoſi non ſunt de corpore Vniuerſitatis & Concilij, & quia ipſi ſunt tantum ſub poteſtate & iuriſdictione domini Regis & ſuorum Gubernatorum & Vicariorum regiorum, & nō Prælatorum, Baronum, Baiulorum, vel Paciariorum ſeu Conſiliariorum Ciuitatum, Villarum, & Oppidorum.

32 Sed quoniam in Ciuitate Barcinonæ milites generoſi ſunt de corpore & ordine Concilij ipſius Ciuitatis, Calicij reſolutio nobis non ſatisfacit. At Iacobus Marquilles in commentarijs *ad cap.* 42. *priuilegij del Recognouerũt Proceres*. in terminis noſtram quæſtionem abſoluit docens ſtatutis Ciuitatis Barcinonæ ligari & affici etiam milites ſeu homines de genere militari & generoſos neq. ab illis ſe defendere poſſe. Conducit Cancer. *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 137. *&* *cap.* 4. *nu.* 227. *& ſeq.* Imo decreta ſeu ſtatuta Ciuitatis facta ob publicā Reipublicæ vtilitatem clericos etiam ligant, vt notant Bald. Felin. & alij *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutio.* Laderchi Imolenſis *conſ.* 103. Oliba. *de iur. fiſc. cap.* 14. *n.* 133. Peguer. *dec.* 56. *par.* 1. Cancer. alios allegans *par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 225. *& ſeqq. &* *num.* 277. maxime ſi edita ſint ratione artis officij vel negotiationis ipſorum clericorum, vt ijdē DD. docent.

Refert Bruniq. Sindicus Ciuitatis Barcinonenſis *in d. ſua apolog. c.* 12. tēpore Regis Ferdinandi Secundi ſuſcitatum fuiſſe dubium an famuli & officiales domus & curiæ Regiæ tenerētur ſeruare ſtatuta Ciuitatis prædictæ, quæ ediderat ſuper veſtitu & ornatu ciuiū, & prętendentibus præfatis famulis & officialibus ſe illis ſtatutis & ordinationibus nō ligari, declaraſſe dominū Regē quod tenebātur ſeruare pręlibata ſtatuta. 33

Poteſt

34 Poteſt Ciuitas condendo ſtatutũ generale auferre ius priuati & iuri alicuius derogare, nec tunc aliquam facere tenetur damni compenſationem, Bart. *in l. Antiochenſium* per illum tex. *de priuil. credit*. Surd. *conſ*. 210. *num*. 64. *vol*. 2. *&* *conſ*. 313. *num*. 99. *&* 100. *li*. 3. Stephã. Gratian. *diſc. forenſ. tom*. 5. *cap*. 891. *num*. 57. *&* 58. vbi etiam Doctores cõtrarium tenentes citat, Gozadin. *conſ*. 5. *nu*. 21. Monter. *dec*. 50. *num*. 10. & ego notaui *de*
35 *offic. iud. & aduoc. par*. 1. *quæſt*. 9. *nu*. 212. Fallit tamen ſi ſtatutum non eſſet vniuerſale ſed ſingulare *l. ſi priuatus ff. qui & a quibus* quod aduertit
36 Bart. *vbi ſupra*. Fallit item quia ſi Ciuitas, etiam ex cauſa publicæ vtilitatis a contractu ſuo recederet, teneretur partialiter ad damna paſſa & lucra amiſſa, licet aliter non poſſet conſuli publicæ vtilitati, vt fuit cõcluſum in Regio Senatu 20. Martij 1540. referente Font in cauſa inter nobilem Bernardum de Vlmis, & Ciuitatem Barci-
37 nonæ. Quæ poſsint ſtatui ratione publicæ vtilitatis, non obſtãte tollatur ius alterius, tradit Alderan. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concluſ*. 8. *num*. 58. *& ſeqq*. & ex his defendes ſententias Regij Senatus aduerſus imburſatos & adſcriptos ad ſortem officiorum Vniuerſitatis latas, quas refert Cancer. *par*. 3. *cap*. 3. *num*. 107. *&* 108.

Inſuper illud eſt obſeruatione dignum, in quo multi decipiũtur, quod Ciuitas generaliter ſtatuendo neminẽ dicitur ſpoliare, vnde 19. Aprilis 1537. in Regio Senatu referente Montaner in facto furneriorum & flequeriorũ contra Conſules & Syndicũ Barcinonæ inuenio concluſum Ciuitatem aliud ſtatuendo non ſpoliaſſe furnerios & flequerios, quia poſſeſsio quã ipſi prætẽdebãt habere emẽdi frumenta in platea Barcinonæ & vendendi publicè in illa panes flequæ, erat permiſsio & tolerãtia dictæ Ciuitatis, quæ non inducit poſſeſsionem: nam fuit permiſſum quatenus vtile Reipublicæ fuit viſum, cui incumbit vtilitati publicæ conſulere, & circa modum & formã 38

vendendi frumenta & panes ordinare & ſtatuere. Hæc theorica fallere videtur vbi non mœra permiſsio & tolerantia vt dictum eſt,ſed poſſeſsio allegari poſſet,ad tradita per Poſtium *de manutentio.obſeruatio.*46.*nu.*16.& Petr.Fontanel.*to.*1.*dec.* 295. *nu.* 16.*&* 17.

39 Nec dicitur Ciuitas violare conſtitutiones liberi commercij in Cathalonia, ſi ob publicam vtilitatem ſtatuat merces anteipſarum venditionem ſubijci examini & recognitioni ad occurrendũ fraudibus,vel ad eundem finem eas denunciari iubeat, vti primum fuit concluſum in Regio Senatu 28.Ianuarij 1588.in cauſa Confratriæ paratorum pannorum lanæ referente Oliba & alterum 26. Ianuarij 1577. congregatis Aulis Senatorum.

40 Poteſt etiam Ciuitas ſuis ſtatutis grauiorẽ facere conditionem foreſium quam ciuium & ſubditorum, vt poſt Curtiũ iunior. not. Decian. *conſ.*44.*nu.*102. *vol.*5. & poſt Decian.Cancer. *var.par.*3.*ca.* 3.*num.*97.

Poſſe Ciuitatem ſuper ſuis ſtatutis & decretis quantumcunq.antiquis diſpenſare iuri conſonum eſt, argumento tex.*in l. nihil tam naturale ff. de reg.iur.*Soto *de iuſt. & iur. li.*1.*quæſt.*7.*artic.*3.Bald.*conſ.* 209.*lib.*5.ideoque 3.Octobris 1598. in Regio Senatu referente Pineda in cauſa inter SyndicumCollegij Notariorum Barcinonę & Syndicum prædictæ Ciuitatis fuit per maiorem partem Senatorũ concluſum quod Concilium centum Iuratorum Barcinonæ potuit diſpenſare ſuper ordinationibus antiquis eiuſdem Ciuitatis, quibus ſtatutum eſt ne poſsint nominari & examinari niſi duo Notarij,& quod conſequenter potuit præfatum Conciliũ decernere vt vltra duos Notarios eo anno 1597. nominaretur, & examinaretur vnus filius Notarij publici Barcinonæ. 41

Non tamen poteſt Ciuitas Barcinonæ quicquam ſtatuere contra regia priuilegia ipſius Ciuitatis, ſicut nec contra cõſtitutiones Cathaloniæ *cap. cum inferior de maior. & obedi.* & liquet per ſupraſ- 42

ſupraſcripta de facultate ſta-
43 tuendi Ciuitatum *ex Tiberio Decian & alijs.* Nec Dominus Rex cenſetur ſibi abſtuliſſe facultatem ſtatuendi in ipſa Ciuitate cum omnis iuriſdictio intelligatur conceſſa cumulatiue *l. fin. C. de iuriſdict. omn. iud. cap. per hoc de hæret. lib. 6. & elem. eod. tit. l. 1. C. de offic. præfec. Vrb. Tho. Gram. dec. 30. num. 9. Menoc. de præſumptio. lib. 2. præſump. 18. n. 26.*
44 & in Regia concluſione facta 3. Auguſti 1587. in facto ſupplicationis Syndici Dertuzæ fuit dictũ quod ad Dominum Regem pertinet ordinatio adminiſtrationum & regiminum Ciuitatum Villarum & Locorum Principatus Cathaloniæ & cognitio quæ perſonæ debeant ad eorum regimen admitti & quæ debeat eſſe regiorum priuilegiorum ſuper his conceſſorum obſeruãtia. Sed vide maxime quo ad Barones Cancer. *var. par. 3. cap. 13. ex n. 161.*

45 Nota denique quod ſi Cõcilium Ordinarium Ciuitatis Barcinonæ quicquam diceretur ſtatuere ſeu deliberare tanquam iudex alicuius cauſæ requireretur cauſæ cognitio & partis citatio, ad tradita per Petr. Fontanell. *tom. 1. dec. 195. num. 19. & 20.* vbi ſic interpretatur quandã Regij Senatus ſententiã, quæ requirebat prædicta in ordinatione Concilij eiuſdẽ Ciuitatis.

Speciale habet Ciuitas Barcinonæ priuilegium Regis Ferdinandi *dat. 16. Nouembris 1511. in 3. Virid. fol. 161.* quo Conſulibus & probis hominibus illius curam annonæ & panis & omnium victualium Ciuitatis commendat volens vt de his ſtatuant & deliberent, etiam priuatiuè ad Locumtenentem Generalem & omnes regios officiales, ita vt non poſsint de huiuſmodi ſe intromittere ſed exequi debeant ſtatuta Ciuitatis. Id ipſum eodem modo tribuit Conſulibus & electis Ciuitatis prædictæ priuilegium Ferdinãdi *dat. 17. Iulij 1510. in 1. Virid. fo. 141.* circà pertinẽtia ad cuſtodiam eiuſdem Ciuitatis a morbo. 46

EX §. XIII.

SVMMARIVM.

1 Collegia eorum qui eandẽ artem profitentur vel idẽ exercent officium, de iure communi ſunt permiſſa.
Collegia regulariter ſunt illicita, niſi quæ iura ſpecialiter permittunt. ibid.

2 Collegia & Confratriæ artificum & fabrorum Barcinonæ non permittantur ſine authoritate regia vel dictæ Ciuitatis.

3 Vniuerſitates in Cathalonia non poſſunt ſe congregare, nec habere arcam communẽ, nec creare Syndicum & Conſules ſine facultate Regis vel Baronis.

4 Congregare ſe plures ſi velint in forma Collegij pro aliquo negocio, qua licentia indigeant.

5 Barcinonæ Ciuitas ſeu eius Concilium Ordinarium diuerſa obtinet priuilegia creãdi, & reuocandi; vniendi, & ſeparandi Collegia & Confratrias artificum & fabrorum, atq. ſtatuendi in ipſis.

6 Priuilegium primum Barcinonę pro ſtatuendo circa Collegia & Confratrias artificum & fabrorum.

7 Priuilegium ſecundum, quo tamẽ nõ vtitur Ciuitas Barcinonæ.

8 Priuilegium tertium, idque ampliſſimum.

9 Priuilegium quartum, idque continens clauſulam irritantem.

10 Clauſulæ irritantis quæ ſit vis & effectus.

11 Priuilegium quintum, continens tamen clauſulam, durãte mœra voluntate.

12 Priuilegium ſextum, cuius tamen forma non ſeruatur.

13 Proceres Cõfratriarum quomodo eligantur ad ſortem in domo Ciuitatis Barcinonæ.

14 Collegia & Confratriæ artificum & fabrorum an ſtante priuilegio Ferdinandi anni 1506. poſſint creari per dominum Regem & poſſit in eis ſtatuta condere.

15 Statuta alicuius Confratriæ fabrorum per Ciuitatẽ Barcinonæ condita & regio poſtea priuilegio confirmata, an poſſit tandem eadem Ciuitas reuo-

reuocare & alia contraria facere vigore priuilegij Ferdinãdi anni 1506. *aut alias. & num.*16. *&* 20. *&* 21.

17 *Clauſula* , Quatenus ſit in vſu, *in confirmatione ſtatuti vel priuilegij appoſita, an ſit probandus vſus & poſſeſſio.*

18 *Statuti vſus an debeat probari ab eo qui in ſtatuto ſe fundat & quid de conſtitutione* Regni.

19 *Statuta an præſumantur vſu recepta, & quando abrogata cenſeantur.*

21 *Confirmatio in forma communi quæ ſit & quid operetur.*

22 *Clauſula*, Confirmamus & quatenus opus ſit, de nouo concedimus. *in dubio intelligitur poſita de ſtilo notariorum & non mutat naturam confirmationis.*

23 *Statuta ab habente ſtatuendi facultatem facta nõ indigent confirmatione Superioris.*

24 *Statuta & ordinationes ſui natura ſũt reuocabilia, ſicque æquiparantur vltimis voluntatibus.*

25 *In ſtatutis ſeu ordinationibus conficiendis ſolet Ciuitas Barcinonæ cũ expreſſa clauſula retinere facultatem illas reuocandi, mutandi, & corrigendi.*

26 *Vniuerſitas an poſſit reuocare ſtatutum per eam factũ, quod Superioris authoritate cõfirmatum fuit.*

27 *Confratriam fabrorum ſeu Collegium artificum per Dominum Regem creatũ an poſſit poſtea Ciuitas Barcinonæ extinguere ſeu reuocare. & num.*28.

28 *Collegiũ ſui natura eſt perpetuum.*

29 *Statutum ſeu ordinationem alicuius Confratriæ per Ciuitatem Barcinonæ factam an poſſit dominus Rex contrario priuilegio reuocare.*

30 *Statuta ſiue ordinationes ſuas an Ciuitas Barcinonæ reuocare poſſit pendente lite in Regio Senatu ſuper interpretatione illarum inter Syndicũ d. Ciuitatis & Syndicũ alicuius Confratriæ.*

31 *Confratrias ad pias cauſas & vſus poſsũt ſibi facere fabri ſine authoritate Ciuitatis Barcinonæ cum licẽtia Epiſcopi, & quæ negocia dumtaxat poſſint in eis tractare & num.*

num.35. Et quid ſi alia negocia conferant. num.33. Et an vna ab altera impediatur. num.35.

32 *Confratriæ cauſa pietatis & ad pios vſus factæ ſunt a iure permiſſæ, non tamen ſolent admitti ſine authoritate & licẽtia Epiſcopi & quare. Et an tutius ſit obtinere quoque licentiam a regijs officialibus. num.36.*

34 *Confratres piarum Confratriarum cenſentur voluntarij neq. ex neceſſitate teneri ſeruare placita Confratriæ.*

37 *Confratriæ alicuius officij vel artis an aliqua & qualia ſtatuta poſſint inter ipſos Confratres facere, & an poſſint inter eos imponere collectam.*

38 *Confratrum maior pars non poteſt obligare minorem in perſonis pro debitis Vniuerſitatis.*

Proceres Confratriarum non poſſunt pro inurbanitatibus capi facere Confratres ſicut faciunt Conſules Barcinonæ, nec illos priuare vel ad longum tempus ſuſpendere a ſuis officijs pro culpis. ibid.

39 *Confratres in vim pacti, non ſtatuti poſſunt ſe ad quæcũq. honeſta obligare.*

40 *Confratrum maior pars non obligat minorem paſciſcendo, ſicut ſtatuendo.*

§. XIII.

De facultate ſtatuendi circa Collegia & Cõfratrias artificũ & fabrorũ.

QVamquã iure Ciuili Collegia eorum qui in aliqua Ciuitate vel Oppido eandẽ artẽ profitentur vel idem exercent officium, ſunt permiſſa & approbata *l. penul. §. quibuſd. Collegijs ff. de iur. immunit. Bart. in l. fin. num. 8. ff. de Collegijs illicit. Franciſc. Marc. dec. 801. num. 1. Anton. Faber in Rationalibus ad Pandectas ad l. neq. ſocietas 1. ff. quod cuiuſq. Vniuerſ. nom. circa fin. Nicola. Loze. de iur. Vniuerſi. par. 1. cap. 2. num.* 1

*num.*80. alia autem Collegia
2 regulariter ſũt illicita & reprobata niſi quæ iura ſpecialiter permittunt *l. 1. ff. quod cuiuſq. vniverſ. nomine l. Collegia. §. in ſumma ff. de colleg. illicit. Bart. in l. 1. & fin. ff. illo tit. & in l. ex hoc iure num. 7. ff. de iuſti. & iur. Decian. in criminalib. tom. 2. lib. 7. cap. 20. nu. 2. Aloyſi. Riccius in collectan. deciſion. par. 3. collectan. 633. Nauar. lib. 1. num. 31. de offi. iud. ordinar. conſ. 5. nu. 3. Boer. in tracta. de ſeditioſis cap. 5. n. 1. 3. & 4.* tamen in Ciuitate Barcinonæ nulla ſunt Collegia artificũ ſeu Confratriæ fabrorũ, quæ auctoritate Superioris, nempe aut domini
3 Regis priuilegio aut ſtatuto Concilij Ordinarij ipſius Ciuitatis non ſint erecta, nec aliter permittuntur. Et generaliter obſeruat Iaco. Marquilles *in Vſatic. ſi contradixerit quæſt. 11. & 16. & poſt eum Iacob. Cancer. Var. par. 3. cap. 3. num. 137. & cap. 13. num. 167. 168. & 170.* quod in Cathalonia Vniuerſitates non poſſunt ſe congregare nec habere arcam communem, nec creare Syndicum nec Conſules ſine regia facultate ſi Regiæ ſint, aut Baronis, ſi Baronis ſint. Quod adeo verum 4
eſt vt ſi multi ſimul in forma Collegij quod auctoritate Superioris non habent, ſe congregare velint pro aliquo tractando negocio, indigeăt licentia iudicis Ordinarij, nempe in Cathalonia Vicarij vel Baiuli, & ita ſeruatur, idque probat Rebuff. *in tractat. de Magiſt. artific. § nous deſendons gloſ. 1.* effuſe ſcripſi *de offic. iud. & aduoc. part. 1. quæſt. 10. ex n. 78. vſq. ad n. 87.*

Ciuitas ergo Barcinonæ 5
ſeu Cõſules & Proceres eius, id eſt Concilium ordinarium ipſius Ciuitatis diuerſa obtinet regia priuilegia, ex quibus poteſtatem habet creandi & reuocandi, vniendi & ſeparandi Collegia artificum & Confratrias fabrorũ eiuſdem Ciuitatis, nec non ſtatuendi & ordinandi in ipſis, atque mutandi, corrigendi & reuocădi dicta ſtatuta preter eam facultatem quam a iure communi omnes Ciuitates habent ex *l. omnes populi ff. de iuſti. & iur.*

Primum eſt priuilegium 6

Regis Iacobi Secundi *Dat. Tarraconæ 10. Chalend. Februarij 1319.* inſertum in corpore iuris Municipalis *Vol. 2. lib. 1. tit. 12. de ſtatuts, y Ordinacions cap. Vnic.* de quo late egimus *in. § proximo.* quo Ciuitati Barcinonæ perpetuam impartitur facultatem ſtatuēdi in ipſa & eius terminis ad bonū & tranquillum ſtatum Reipublicæ & ad fidelitatē Regiam & ipſius cum pœnis etiam corporalibus vſque ad vltimum ſupplicium: aut potius declarat hanc facultatē ex antiqua cōſuetudine præfatæ Ciuitati competere, vt *§. præcedenti demonſtrauimus.*

7 Secūdum eſt priuilegium Regis Petri *Dat. Gandeſiæ 12. Chalend. Iulij 1337.* collocatum *in 2. Vermil. fol.* 208. quo Conſulibus Çiuitatis Barcinonæ licentiam concesſit vt ipſi cum aſſenſu & voluntate Vicarij Barcinonæ poſſent eligere Conſules in officijs mecanicis, in quibus conſtituti non erāt, & tribuit præfatis Conſulibus Barcinonæ facultatem conficiēdi ſtatuta & ordinationes in prædictis officijs, & hoc priuilegium continet clauſulam, *durantē placito Regis.* Sed Ciuitas iſto priuilegio vſa non eſt cū habeat alia ampliora priuilegia.

Tertium priuilegium eſt Regis Ferdinandi *Dat. in Caſtro nouo Neapolis 30. Nouemb.* 1506. poſitum *in. 3. Virido. fol.* 38. quo declaratur & valdè augetur & extenditur prædicta ſtatuendi facultas Ciuitati Barcinonæ in præchalēdato priuilegio Regis Iacobi anni 1319. tributa Et quia ſuper iſto Ferdinandi priuilegio inferius aliqua ſuſitabo dubia, vt clare liqueat, verba eius inſeram & ſunt quę ſequuntur. *Item cōm per antich priuilegi real la Ciutat puſca e ſie en poſſesſio de ordenar en Ciuil, y Criminal per lo bon ſtament de la dita Ciutat é haje fetas moltas, y diuerſas ordinacions en los officis, y Confrarias en la dita Ciutat, y quiſcun die ſe hajen de fer nouelles ordinacions en Virtut de dit priuilegi ſegons las concurrencias del temps è molts dels poblats en la dita Ciutat per paſsions, y propris intereſſos hajen obtingut è quiſcun die obtinguen diuerſos priuile-* 8

priuilegis particulars de ſa Alteza per los quals pretenen no eſſer tinguts a ſeruar ditas ordinacions per la dita Ciutat fetas en gran dany, y prejudici de la Republica è del dit priuilegi que es perpetuo, y neceſſari a la dita Ciutat, per tant los dits Conſellers è prohomens de la dita Ciutat ſupplican a ſa Alteza li placia manar, y prouehir que tots los habitans è habitadors en la dita Ciutat hajen è ſien tinguts obſeruar les dites ordinacions de la dita Ciutat fetas ò ſahedoras ſegons forma del dit priuilegi no contreſtant qualſeuulla prouiſions ò priuilegis que de ſa Alteza hajen impetrats ò per auant impetraran. Plau a ſa Alteza.

9 Quartum priuilegium eſt eiuſdem Regis Ferdinandi *Dat. in Oppido Valliſſoleti 5. Aprilis 1509.* quo dominus Rex pro maiori obſeruantia præfati ſui priuilegij anni 1506. ſubiungit eidem clau-
10 ſulam inhibitionis & decreti irritantis. Huius autem clauſulæ decreti irritantis tanta vis eſt quod actus contrarij ſunt ipſo iure nulli, *Menoch. conſ. 83. vol. 1. Gomezi. de gratijs & expectatiuis num. 18. & 19. DD. in clem. cum ei de conceſsio. præben.* & non ſolum inficit titulum contrarium ſed etiam poſſeſsionem, *Garcia de benefic. par. 5. cap. 1. num. 413. & ſeq. & nu. 418. Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 255. num. 8.* & priuilegia continentia hanc clauſulam, non derogantur per non vſũ vel per contrarium vſũ, *Pute. deciſ. 5. num. 5. par. 1. Veral. deciſ. 134. nu. 4. par. 3. Rota Genuæ deciſ. 180. num. 8.*

Quintum priuilegium eſt 11
Philippi Regis *Dat. Dertuzæ 5. April. 1564. tranſcriptum in 3. Vermil. fol. 308.* quo concedit & elargitur expreſſe Cõſulibus & Concilio Ordinario Ciuitatis Barcinonæ facultatem libere erigendi & creandi: diuidendi & ſeparandi atque vniendi quæcũque Collegia & Confratrias cuiuſcunque artis & officij prædictæ Ciuitatis, nec non condendi in eis & circa ea quęcunque ſtatuta & ordinationes ipſi Ciuitati bene viſas, quæ ab omnibus obſeruentur Confratribus. Hoc priuilegium continet clauſulam, *durante noſtra mœra &*

Digitized by Google

libera voluntate. Sed patui intereſt, cum Ciuitas habeat ad id alia priuilegia.

12 Sextum priuilegium eſt Ferdinandi Regis *Dat. Granatæ 6. Nouemb.* 1499. quo Ciuitati Barcinonæ indulget vt Proceres omnium Confratriarum ipſius ad ſortem extrahantur ex burſis Concilij centum Iuratorum eiuſdem Ciuitatis, licet plures Confratriæ haberent priuilegia eligendi ſibi ſuos Conſules, quæ eodem priuilegio reuocantur, & idem conſtat ex interpretatione Hieronymi Albanell Regentis Regiã Cancellariam *acta* 28. *Nouẽb.*

13 1504. *in* 3. *Viri. fol.* 18. Hoc priuilegio Ciuitas ſub hac forma non vtitur, ſed Conſules eiuſdem Ciuitatis habent diuiſim burſas omnium Confratriarum in quibus nomina Confratrum qui ſibi videntur, imponũt, & ex illis Proceres ipſarum Cõfratriarum ad ſortem eligunt in domo eiuſdem Ciuitatis.

14 Stante prænarrato priuilegio Ferdinandi anni 1506. quod tantum tribuit Ciuitati circa facultatẽ ſtatuendi prę-ſertim ſuper Collegijs & Cõfratrijs artificum & fabrorũ, de multis vidi dubitatum in domo eiuſdem Ciuitatis & deciſum in Regio Senatu.

Primum an Dominus Rex poſsit conſtituere & creare aliquod ſimile Collegium ſeu Confratriam & in ipſis ſtatuta condere, vbi Ciuitas nihil ſtatuit, vel præter ſtatuta Ciuitatis. Et obtinuit quod ita poſsit, & huiuſmodi regia ſtatuta in domo Ciuitatis obſeruantur & ſecundum ea euenie̅tibus caſibus per Aſſeſſores Ciuitatis ius dicitur, & nonnullæ ſunt Cõfratriæ fabrorũ in hac Ciuitate, quę regijs priuilegijs erectæ ſunt & regijs ſtatutis reguntur: ſicque regia ſententia lata 15. Maij 1601. referente Seniuſt in cauſa inter Syndicum Confratriæ ſartorum & Reuenditores veſtimentorum veterum ſiue *ropauellers* Barcinonæ fuit declaratum validum regium priuilegiũ Philippi *Dat.* 13. *Iulij* 1599. quo fuit dictis Reue̅ditoribus erecta Confratria & condita ſtatuta per Dominum Regem, & fuit factum decretum executio-

cutionis 14. Iunij 1601. Aliá ſimilem deciſioné Regij Senatus factá 13. Februarij 1551. inter textores velorum ſericorum & textores ſerici pauſapini ſiue *Velluters* Barcinonę referente Gallart qua fuit pronunciatum legitimũ & validum regium priuilegium pro tenenda Confratria dictis textoribus velorum ſericorum cõceſſum nõ obſtantibus priuilegijs dictæ Ciuitatis, tradidi ſupra *in* §. 10.

15 Secundum ſit dubium vtrũ ſtatuta alicuius Confratriæ cerdonum per Ciuitatem cõdita & regio poſtea priuilegio confirmata, poſsit tandẽ Ciuitas ipſa reuocare & alia cõtraria facere. Et poſſe fuit ſæpius in Regio Senatu deciſum, & imprimis regia ſententia lata 21. Auguſti 1587. in cauſa textorum ſerici, quibus cum eſſent per Conſules & Concilium Ordinarium Barcinonæ quædam ordinationes factæ & poſtea regio priuilegio confirmatæ fuiſſent, declarauit Regius Senatus motus prælibato priuilegio Ferdinandi Regis anni 1506. potuiſſe deinde illas per eandem Ciuitatem reuocari, vt clarè poſtquam dictũ Ferdinandi priuilegium pro motiuo allegauit, ſubiungit his verbis. *Ex quo conſtat potuiſſe Conſiliarios & Conciliũ Barcinonæ facere dictas ordinationes, etiam ſi eſſent derogatoriæ ordinationibus cum regio priuilegio confirmatis.*

16 Præterea alia regia ſententia lata 22. Maij 1603. relatore Benac, quæ legitur *in libro ſententiarum* 1. *fol.* 16. in domo Ciuitatis Barcinonæ cuſtodito cum albificatores pellium haberent quandam ordinationem a prædicta Ciuitate conditam & regio priuilegio confirmatam, declarauit Regius Senatus potuiſſe eam poſtea per Concilium Ordinarium eiuſdẽ Ciuitatis reuocari, duplici motiuo, ſcilicet altero ex prædicto priuilegio Ferdinandi anni 1506. quo Barcinonę tribuitur ſtatuendi facultas, non obſtantibus quibuſcunq. regijs priuilegijs, altero vero quia in regia confirmatione ordinationis fuit adiecta clauſula, *quatenus albificatores pellium*

ſint

ſint in poſſeſsione dictæ ordina-
tionis, ipſaque ſit in vſu. & non
17 conſtabat de tali vſu & poſ-
ſeſsione, pro quo videndus
Marta *de clauſul. par. 1. clauſu.*
125. de clauſula, quatenus ſit in
vſu. num. 2. vbi docet ſtante
hac clauſula in confirmatio-
ne priuilegij vel ſtatuti, de-
bere probari vſum, vt confir-
matio locum habeat, nec ſuf-
18 ficere quod vſu præſuman-
tur recepta. & Marta *de iu-*
riſdictio par. 4. centur. 1. clauſ.
19. num. 13. & 19. aſſerit quod
vſus ſtatuti debet probari ab
eo qui in ſtatuto ſe fundat;
ſecus ſentiens de conſtitutio-
19 nibus Regni, quia illas dicit
facere ius Commune in Reg-
no. At Alderan. Maſcard. *de*
general. ſtatut. interpret. concl.
6. ex num. 94. vſq. ad num. 99.
20 probat ſtatuta præſumi vſu
recepta. & *conc. 11. num. 11. &*
35. declarat an & quãdo præ-
ſumantur abrogata. Inſuper
alia regia ſententia lata 26.
Auguſti 1621. relatore Maga-
rola quæ in domo Ciuitatis
Barcinonæ legitur *in ſenten-*
tiarum lib. 3. fol. 66. deciſum
ſimiliter fuit quandam aliam
ordinationẽ Albificatoribus
pellium in Concilio Ordi-
nario dictæ Ciuitatis confe-
ctam & regio priuilegio con-
firmatam potuiſſe per eandẽ
Ciuitatem & eius Concilium
diſſolui & tolli non obſtante
regia confirmatione, & hæc
ſententia non continet mo-
tiua, cum ſit in cauſa appel-
lationis a deliberatione præ-
libati Concilij Ordinarij in-
terpoſitæ, ſicut in Cathalo-
nia ſententiæ cauſarum ap-
pellationum non ſolent ad-
ducere motiua.

Meo iudicio nihil mirum 21
eſt quod Ciuitas Barcinonæ
poſsit ordinationes Confra-
triarum ab illa editas & re-
gio priuilegio cõfirmatas re-
uocare, etiam ſi memoratum
priuilegium Regis Ferdinan-
di anni 1506. non extaret, tũ
quia iſtæ ordinationes con-
firmantur per dominum Re-
gem in forma communi, quę
confirmatio nõ operatur am-
plis quam ipſæ ordinationes,
etiam ſi cõtineat clauſulam,
confirmamus & quatenus opus 22
ſit de nouo concedimus. Nam in
dubio intelligitur appoſita
ſolum de ſtylo Notariorum
& ad cautelam & non mutat

naturam

naturam confirmationis, ad tradita *per Boſsi.in tit.de Principe & eius priuilegijs nu.* 358. *Pariſi.conſ.*19.*num.*45.*&* 46. *Vol.*1.*fuſe Cancer.Var.par.*3.*ca.* 3. *num.* 177. *cum multis ſeqq. maxime num.*182.*&.*188. nec
23 ſtatuta ab habente ſtatuendi facultatem facta indigent cõfirmatione Superioris,Franciſc.Marc.*deciſ.*804. *num.*7. *& num.*3.
24 Tum quia ſtatuta & ordinationes ſui natura ſunt reuocabiles ſecundum rerum viciſsitudines & experientiã morum,ideoque æquiparantur vltimis voluntatibus, nõ contractibus Iaſo.*in l.non ſolum §.morte num.*45 *ff. de noui oper.nunc. & in l.ita ſtipulatus nu.*17.*ff.de Verb. obligat.Bart. in l.centeſimis §.fin.num.*9. *&* 10.*ff. eod. & in l.omnes populi num.*33.*ff.de iuſti. & iur. Menoc.conſ.*50.*num.*21. *& ſeq.&*
25 *conſ.*97.*num.*24.*& conſ.* 150. *num.*46.*&* 47.tum denique quia in ordinationibus Confratriarum ſolet Ciuitas Barcinonæ quando illas conficit, ad finem apponere clauſulam, quod retinet ſibi facultatem illas mutandi corrigendi & reuocandi, ideoque in confirmatione regia eadem ineſt clauſula & cum eadem confirmãtur.An vni- 26
uerſitas poſsit reuocare ſtatutum per eam factum,quod Superioris auctoritate confirmatum fuit, latè diſputat Felin.*in ca. cum acceſsiſſent de conſtitutio.* & ex traditis per eum & alios conſuluit Vniuerſitati de Ceret Cãcer.*par.* 3.*cap.*3.*num.*134.

Tertium ſit dubium vtrũ 27
ſi Dominus Rex ſuo priuilegio aliquam Confratriam fabrorum ſeu Collegium artificum creauerit, poſsit poſtea Ciuitas Barcinonæ illud extinguere ſeu reuocare.De hoc caſu meo tempore præter Aduocatos Ordinarios ipſius Ciuitatis quorum vnus eram, conſuluit illa cõſultiſſimos viros Iacobum Cancerium & Petrum Fontanella fama propter ſua egregia ſcripta volumina apud omnes Iuriſperitos Orbis notiſſimos, & in hac præſertim Patria inſignes;ipſi vero reſponderũt negatiuè viſis priuilegijs ſupra relatis,& ſignãter præfato priuilegio Ferdinandi

Digitized by Google

diuandi anni 1506. & multis ex ſupra memoratis ſenten-
28 tijs. Conſtituerunt enim diſcrimen inter alias ordinationes regias Confratriatum, quæ, vt ſcripſi, ſui natura ſunt reuocabiles, & nouam inſtitutionem ſeu erectionem alicuius Confratriç per Dominum Regem ſuo priuilegio factam, quia hæc ſui natura nō eſt reuocabilis ſed perpetua, & dixerunt quod illas alias regias ordinationes Confratriarum ſui natura reuocabiles poterat forte Ciuitas reuocare, eam vero inſtitutionem & erectionem Confratriæ ſui natura perpetuam, minimè.

29 Quartum ſit dubium verū ordinationem alicuius Confratriæ per Concilium Ordinarium Ciuitatis Barcinonæ factam poſsit Dominus Rex contrario priuilegio reuocare & non loquor de reuocatione per viam appellationis vel querelæ, quaſi ordinatio iniuſta ſit: nam hæc reuocatio certiſsimū eſt quod ſalua eſt Domino Regi ex ſua regalia. Igitur circa dubium propoſitum reperio negatiue deciſum in Regio Concilio. ſententia regia lata fuit 19. Iulij 1576. cuius verba ſunt. *Attento quod per priuilegium Regis Iacobi Dat. Tarraconæ 10. Chalend. Ianuarij anni 1319. cōſtat cōceſsā fuiſſe facultatē Cōſiliaris Ciuitatis Barcinonę faciēdi ordinationes ad fidelitatē & vtilitatē Domini Regis & Reipub. & ad bonum & trāquillum ſtatum ipſius Ciuitatis: Conſtat etiam per priuilegium Catholici Regis Ferdinandi datum in Caſtro nouo Ciuitatis Neapolis die 13. Nouemb. 1506. conceſſum fuiſſe eiſdem Conſiliarijs quod ordinationes per eos factæ & faciendæ obſeruarentur, non obſtantibus quibuſuis prouiſionibus & priuilegijs in contrarium impetratis ſeu impetrandis: cui priuilegio cum alio eiuſdem Regis priuilegio dato in Oppido Valliſſoleti die 4. Aprilis anno 1509. fuit addita clauſula decreti irritantis: & quia conſtat per ordinationes factas per dictos Conſiliarios die 29. Aprilis 1501. diſpoſitum fuiſſe quod electio curritorū fieret per Conſiliarios & Proceres dictæ Ciuitatis & non alio modo: & licet per priuilegium curritori-*

bus

bus auris per dictum Catholicum Regem conceſſum Barcinonæ die 19. Iunij 1503. conſtet inter cætera illis cõceſſum fuiſſe quod filij carritorum ætatis 20. annorum quotieſcunque admitti voluerint ad officium curritoris, præcedente Præpoſitorum informatione per Conſiliarios Barcinonæ admitti debeãt & quibuſuis alijs præferri: attamen attento quod per dictum priuilegium ſi indiſtincte intelligatur, per indirectũ tolleretur vel ſaltem valde reſtringeretur facultas quam dicti Conſiliarij in dictis ordinationibus anni 1501. ſibi retinuerunt circa liberam electionem curritorum, quod non videtur fuiſſe regia intentionis, attenta maxime diſpoſitione ſupradicti priuilegij dat. in Caſtro nouo Ciuitatis Neapolis die 30. Nouemb. anno 1506. &c. ſua Excellentia dictam inſequendo concluſionem ſententiat pronunciat & declarat bene fuiſſe & eſſe per dictos Conſiliarios proceſſum ad prouiſionem ſupradictorum officiorum curritorum vacantium per obitum Ioannis Orpi, Iacobi Puig, Franciſci Alies defunctorũ abſque filijs habilibus ad obtinẽda dicta officia.

Quæro vtrũ lite pendente 30
in Regio Senatu inter Syndicum Ciuitatis Barcinonæ & Syndicum alicuius Confratriæ ſuper interpretatione alicuius ordinationis per eandẽ Ciuitatem factæ, poſſit Ciuitas illam tollere & reuocare ordinationem. Videtur ſic aſſerendum quia lis illa ſequitur ordinationem, qua ceſſante ceſſat lis *l. 1. §. ſi quis ſub conditione §. belliſſime ff. vt legat. nom. caue. Bald. con. 150. in fin. lib. 5. Iaſ. conſ. 16. lib. 1. conducunt Petr. de Ancarran. conſ. 84. num. 4. in medi. Nata conſ. 315. num. 16.* & ita vidi in domo Ciuitatis ſentẽtiatum. Sed ſi aliqua ſuboritur ſuſpicio quod Ciuitas in emulationem litis coram Superiore vertentis facit reuocationem, non poteſt reuocare, ad tradita per *Panorm. conſ. 98. vol. 1.* & ita meo tempore vidi Ciuitati conſultum per grauiſsimos DD. Iacobum Cancerium & Petrum Fontanella.

Prætereundum hoc loco 31
non eſt quod cerdones ſiue fabri & artifices Barcinonæ ſine authoritate Ciuitatis, cũ

licentia tamen Epiſcopi poſſunt ſibi facere ſodalitates & Confratrias cauſa pietatis & ad pios vſus & cauſas tãtum In quibus nihil poſſunt tractare de pertinentibus ad ſua officia vel artificia vel alia,
32 ſed ſolum concernentia ad pios vſus & cauſas: quia huiuſmodi Confratriæ ſunt a iure permiſſę *l. 1. §. ſed religionis ff. de colleg. illicit. can. ſi qui clericorum & ibi glo. 11. q. 1. can. ſane 16. quæſt. 7. Archidiaco. per illum tex. in cap. ſi quis deſpicit. 42. diſt. glo. & DD. in l. Collegium C. de hæred. inſti. Franciſc. Marc. deciſ. 801. num. 1. Nauar. lib. 1. tit. 31. de offic. iud. ordina. conſ. 5. nu. 3. Petr. Gregor. in Syntag. iur. vniuerſ. tom. 1. lib. 15. cap. 32. nu. 11. Rebuffus tom. 2. commentar. ad conſtitutio. regi. tit. de confratrijs num. 1. & 6.* tamen ne ſub colore religionis homines ad malum finem congregentur, non ſolent admitti, niſi cum licentia & authoritate Epiſcopi, vt notant *Tiber. Decian. tom. 2. criminali. lib. 7. cap. 20. num. 15. Ioan. Gutier. canonic. qq. lib. 1. cap. 35. num. 1.*
33 Imo ſi alia negocia conferant quam pias & religioſas cauſas ob quas ſunt Inſtituta iſta Collegia, in legis pœnã incidunt & puniuntur, *Bart. in l. 2. ff. de extraordin crim. & in d. l. 1. §. ſed religionis.* Et iſti 34
Confratres ſœpe intelliguntur eſſe voluntarij neq. ex neceſsitate teneri ſeruare placita Collegij quod ex intentione ipſorum Confratrũ Collegium cõſtituentiũ prouenit vt expendit *Nauar. d. conſ. 5. num. 4.* Inuenio Regij 35
Concilij cõcluſionem 5. Nouemb. 1566. Relatore Ioffre in cauſa inter Prępoſitos Cõfratriæ B. Mariæ de Solitudine & economum Conuentus Sancti Franciſci, in qua declaratur Cõfraternitates ad Dei cultum & miſericordiæ opera exercenda de iure fieri poſſe ſine Superioris facultate & licentia, duaſque eſſe poſſe eiuſdem nominis & inuocationis in diuerſis Eccleſijs neq. vnam ex eis poſſe ex iſta cauſa impediri ab altera, niſi aliud Superiori ad quem ſpectet, viſum fuerit iuſtis ex cauſis. Ego credo 36
tutius eſſe iſtis Sodalitijs & fraternitatibus obtinere licentiam

cẽtiā tā ab Epiſcopo quā a Vicario Barcinonę provt in prędictacauſa legitur quod altera ex duabus ſodalitatibus pijs, de quibus agebatur, impetrauerat licẽtiā à Vicario Barcinonæ, & alteraab Excellent. Locumtenente Generali.

37

Poſſunt etiam Confratres alicuius artis vel officij Confratriam habentes quædam leuia ſtatuta facere dum tantum ſtatuant inter ipſos & in pertinentibus ad ſuam artem vel officium *l. fin. ff. de colleg. illicit. & ibi Bart. n. 20. idem Bart. in l. omnes populi nu. 6. ff. de iuſt. & iur. Nicola. Loſæus de iur. vniuerſ. par. 1. cap. 2. num. 66. & 67. Tiber. Decia. d. cap. 20. nu. 11. Bellug. in ſpec. Princip. rub. 2. num. 6. Girond. de gabell. par. 2. ſ. 2. num. 17.* & ſic poſsūt ſibi imponere collectam, non tamē poſſet maior pars obligare minorem in perſonis pro debitis Vniuerſitatis. Nec poteſtas Procerum iſtarum Confratriarum extenditur vt poſsint etiam pro inurbanitatibus capi facere Confratres, ſicut faciunt Conſules Barcinonę, nec vt poſsint pro culpis priuare vel ad longum tempus ſuſpendere Confratres a ſuis officijs, ſed pro his adire debent ad Cōſules Barcinonę.

38

39

In vim autem pacti, non ſtatuti poſſunt omnes paciſcentes Confratres ſe ipſos libere obligare ad quæcumque honeſta. *l. fi. ff. de colleg. illicit.* ibi *his autē poteſtatē facit lex pactionē quā velint ſibi fore.* & ibi. *Quidquid hi diſponūt ad inuicē firmum ſit. Bouadil. in polit. to. 2. li. 5. n. 17. & 21. Petr. Antiboli. de munerib. & honorib. 2. p. ſ. reſtat. n. 6. Pet. Gregor. in Syntag. iur. vniuerſ. to. 1. li. 15. c. 32. n. 18. Caſtren. in conſuetud. Burgū. rubr. 13. ſ. 6. gloſ. de pocle nu. 9.* Sed eſt magnū diſcrimen quia quādo agitur in vim ſtatuti maior pars ligat minorē, *l. quod maior ff. ad municip.* quando autē in vim pacti, ſolū tenētur qui ita pacti ſūt & ſuo ſe pacto deuinxerūt *Bouadil. qui ſupra. n. 21.*

40

EX §. XIV.

SVMMARIVM.

1 PRiuilegiū Ferdinandi Secundi pro iuriſdictione Ciuita-

uitatis Barcinonæ circa Collegia & Confratrias artificum & fabrorum & cognitione cauſarum ipſarum. Et priuilegij prædicti obſeruantia. num. 2.

3 Priuilegium Caroli Imperatoris pro iuriſdictione Ciuitatis Barcinonæ circa Collegia & Confratrias & officia artificum & fabrorũ & cognitione cauſarum ipſorũ. Et de praxi huius priuilegij, num. 4.

4 Cauſæ Collegiorum & Confratriarum & officiorũ Barcinonæ ſi de facto ad Regiam Audientiam euocantur, eidem Ciuitati ſine ſalario reſtitui debent, ex ſentẽtia Regij viſitatoris, & de praxi huius ſententiæ remiſſiuè.

5 Conſtitutio Cathaloniæ pro Ciuitate Barcinonæ ad cognoſcendum de cauſis Collegiorum & Confratriarum.

6 De cauſis criminalibus Collegiorum & Confratriarũ an cognoſcat Ciuitas Barcinonæ, & quis, & quomodo n. 9.

7 Conſules Barcinonæ ex conſuetudine pro inurbanitatibus & leuibus delictis capi faciunt Confratres & Proceres eorum per Vicarium Barcinonæ vel alium Regiũ Officialem ſine proceſſu.

8 Conſules Barcinonæ qualiter ſuſpendant & priuent Proceres, & Confratres Confratriarum a ſuis officijs propter exceſſus.

10 Cauſæ Collegiorum & Confratriarum Barcinonæ an in ſecunda inſtantia poſſint ad Regiam Audientiam euocari. Pars negatiua, num. 11. Pars affirmatiua num. 12.

13 Cauſæ Collegiorum & Confratriarum ac Officiorũ Barcinonæ non obſtantibus Ciuitatis priuilegijs, ad Regiam Audientiam, etiam in prima inſtantia euocantur, ſi agatur de interpretatione regiorum priuilegiorum vbi & de abuſu huius motiui.

14 De cauſis Collegiorum & Confratriarũ Barcinonæ diuerſæ quæſtiones remiſſiue ad eundem Authorem.

15 Confratres an poſſint omittere iudiciũ Conſulũ Barcinonæ, & iuriſdictionẽ Vicarij eiuſdẽ Ciuitatis prorogare.

16 Subditi inuito domino an poſſint alterius iuriſdictionem prorogare.

17 Con-

17 *Confratres an poſſint declinare iudiciũ Ciuitatis Barcinonæ prætextu alicuius militiæ ſuæ vel immunitatis.*
Miles exiſtens in Collegio nõ poteſt euadere iuriſdictionem Rectoris illius Collegij prætextu cuiuſcunque militiæ, exemptionis, ſeu dignitatis ibid.
18 *Clericus ratione artis & officij poteſt coram iudice laico conueniri.*
19 *Clericus delinquens in officio regio poteſt per iudicem ſecularem puniri ciuiliter & quomodo.*
20 *Rex an ſuo priuilegio poſſit vnam aut alteram Confratriam eximere a iuriſdictione Conſulum Ciuitatis Barcinonæ & ſubmittere eam priuatiue Vicario vel Baiulo Barcinonæ.*
21 *Rex licet alicui concesserit priuilegum exigẽdi lezdam, nõ cenſetur abſtuliſſe ſibi regaliã concedendi alicui exẽptionem a ſolutione lezdæ.*
22 *Rex licet Baroni concesserit omnem iuriſdictionem alicuius Oppidi, poteſt poſtea vnũ ex vaſſallis creare militẽ & ſic eximere a iuriſdictione Baronis.*
23 *Exceptio incompetentiæ iuriſdictionis eſt ordo & fundamentum iudicij & non poteſt ad merita cauſæ reſeruari.*
24 *Syndicum Ciuitatis vel Collegij an citari ſufficiat ad iudicium verbale, vel ſint citãdi Cõſules Ciuitatis ſeu Proceres Collegij.*
Citatio prima debet eſſe perſonalis.ibid.
Syndicus Vniuerſitatis an poſſit citari pro Vniuerſitate citanda.ibid.
25 *Sententia lata contra aliquas perſonas alicuius artis vel officij habet tractum ſucceſſiuum cõtra ſucceſſores in eadem arte vel officio & cõtra Collegium poſtea erectũ. & num.26. vbi deciſiones Regij Senatus.*
Et facta intimatione nouo artifici vel officiali, an poſſit contra eum fieri exequutio ſententiæ, & procedi virtute vſatici, Iudicium in curia datum, num.27.
28 *Decreta ambitioſa fieri non poſſunt per Conſules Barcinonæ in Collegijs & Confratrijs.*

29 De-

29 Decreta ambitioſa quæ dicãtur, & num. 30. & 33.

30 Decernere non poſſunt Conſules Barcinonæ vt vnũ officium cõficiat opera alterius officij, & ibi deciſio.

31 Officiũ alterius vt quis exercere poſſit, oportet vt ſit examinatus & fiat de Collegio, & quare.

32 In Collegijs recipiendi tantum ſunt qui ſunt eius artis.

33 Proceribus Confratriarum ſine iuſta cauſa renitentibus admittere iuuenem ad examen officij, poſſunt illum admittere Cõſules Barcinonæ, & his ſimiliter renitentibus, Superior, & ibi deciſio.

Et quomodo inrenitẽtiũ Procerũ Cõfratriarũ admittũt Cõſules huiuſmodi iuuenes n. 34.

35 Cõfratriarum Proceres poſſunt cogi ad aggregandum ſuis Confratrijs peritos alibi iam examinatos & graduatos, licet non didicerint officium in Ciuitate Barcinonæ per annos ordinationũ ipſarum Confratriarum, & quare & ibi deciſio.

36 De examine tyronum alicuius artis vel officij, remiſsiuè.

De graduatione magiſtrorũ alicuius artis vel officij remiſſiuè ibid.

Operatoriũ alicuius artis vel officij qui poſſint tenere, remiſsiuè ibid.

37 Iudaici ſanguinis infamia in Cathalonia notari familię nouiter conuerſorũ cœperũt ab anno 1400. & qua occaſione. Et ab hoc tẽpore ſufficit cuiq. probare ſe a Chriſtianis genitũ, ex regia deciſione. ibid.

38 De monopolijs cerdonũ artificũ & fabrorũ multa remiſſiuè.

§. XIV.

De iuriſdictione Ciuitatis Barcinonæ circa Collegia & Confratrias artificũ & fabrorũ ipſius.

1 REX Ferdinandus Secũdus Ciuitati Barcinonæ ſuo Regio priuilegio conceſſit, vt eius Conſules cognoſcerent

cerent de cauſis Confratriarum & Confratrum artificũ & fabrorum preſatæ Ciuitatis, in quibus de ordinationibus eiuſdem Ciuitatis vel de incidentibus aut dependentibus ex illis ageretur, neque prætextu paupertatis, viduitatis aut pupillaritatis poſſent ad Regiam Audientiam euocari. Ideo ſi in iſtis cauſis de alijs negocijs Confratriã, non ordinationes Ciuitatis concernentibus controuerſia erat, euocabantur ad Regium Concilium: Vnde ſignanter 22. Aprilis 1521. in facto textorum pannorum lini Barcinonæ facto verbo per Paſtor, quia tractabatur de loco in quo congregandi erãt dicti textores ſuper quo nulla ordinatio prędictę Ciuitatis oſtendebatur, & conſequenter conſtabat non agi de ordinationibus ipſius Ciuitatis vel de incidentibus aut dependẽtibus ex eiſdem, iuxta tenorem priuilegij Regis Ferdinandi Secundi concludit Regius Senatus locum nõ eſſe exceptioni poſitæ ad impediendum litis ingreſſũ, ſed ad vlteriora eſſe procedendum, vt cernere eſt in libro concluſionum dicti anni.

2

3 Attamen poſtea Carolus Imperator aliud Regiũ priuilegium *Dat. 16. Nouẽb. 1537.* Barcinonæ impartitus fuit, quo eam cognitionem & iuriſdictionẽ Ciuitatis in cauſis Confratriarum & Confratrum latius extendit ad cauſas quoque officiorum, & eas etiam in quibus de ordinationibus ipſius Ciuitatis non ageretur, ſed tamen de concernentibus ad Confratrias & officia cum magna inhibitione Regiæ Audientiæ. Verba huius priuilegij quod hodie ad vnguem obſeruatur, ſunt quæ ſequũtur. *Nos Carolus, &c. Perço los Syndichs de la Ciutat de Barcelona ſupplican a V. Mageſtat que li placia conſentir, y atorgar a la dita Ciutat que de totes, y qualſeuol cauſas que ſien è per auant ſeran entre las Confrarias è Officis de la dita Ciutat è Confrares de aquellas per rao de coſas de la Confraria è Offici encara que no deuallaſſen de ordinacions de la dita Ciutat pus foſſen cauſas de coſas concernents la Confraria o Offici entre ells, ſien*

ſien Iutges los Concellers de la dita Ciutat qui ſon, y per temps ſeran ab concell dels aduocats de la dita Ciutat o laltre dells ſens ſalari algu e ningun altre no puga eſſer Iutge ne ditas cauſas puxan eſſer euocadas a la Real Audiencia de V. Mageſtat ni de Voſtre Lloctinent General ne del portant Veus de Gouernador General en Cathalunya per qualſeuol calitat o motiu inhibint e abdicant tot poder al Canceller Vicecanceller é Regent la Cancellaria de euocar ditas cauſas ni decretar ni prouehir las ſupplications ab decret de nullitat encaraque las parts ſen concordaſſen, y prorogaſſen la juriſdiccio. Plau a ſa Mageſtat.

4 Extat quoque Regia ſentẽtia Didaci Clauero Regẽtis Regiam Cancellariam in ſupremo Regni Aragonum Concilio & Regij viſitatoris generalis Regiorum officialium Cathaloniæ lata 10. Ianuarij 1605. qua pro obſeruantia præfati priuilegij declarauit quod ſi de facto euocarentur memoratæ cauſe ad Regiam Audientiam, Ciuitati ſine aliquo ſalario reſtituerentur. Memini tam prælibati priuilegij Caroli Imperatoris, quam memoratæ ſententiæ ego *in libro de offic. iud. & aduoc. par.* 1. *quæſt.* 10. *ex num.* 68. vbi cumulaui varias deciſiones Regij Senatus in obſeruantiam eiuſdem priuilegij & praxim & interpretationem prædictæ ſententiæ, quas hic non repetam.

5 Habet etiam Ciuitas Barnonæ vt citato loco tradidi, præter prænarrata ſpecialia priuilegia generalem conſtitutionem Cathaloniæ, *quæ eſt penul. tit. de euocations de cauſas curiarum anni* 1585. *cap.* 114. qua prohibitum eſt ne cauſæ Confratriarum ſpectantes ad cognitionem & adminiſtrationem Conſulum Ciuitatum, & Oppidorum, ad Regiam Audientiam in prima inſtantia euocentur, etiam prætextu paupertatis, viduitatis, aut miſerabilitatis, & notat Peguer. *in prac. ciuil. rubr.* 4. *num.* 9.

6 Iuriſdictio & cognitio, quã Ciuitas Barcinonæ in cauſis Confratriarum & Officiorum atque Confratrum obtinet

cinct, in Ciuilibus eſt, non in
criminalibus pro his enim
vel Syndicus Ciuitatis adit
Regiam Curiam vel Conſu-
les eiuſdem Ciuitatis vocant
Vicarium Barcinonæ & eius
Priorem ad domum ipſius
Ciuitatis, & inea nomine Vi-
carij recipitur per Priorem
informatio delicti, capitur-
que delinquens & per domi-
num Regem vel eius officia-
7 les punitur. Excipio quod
Conſules Barcinonæ ex con-
ſuetudine propter inurbani-
tates & leuia delicta capi fa-
ciunt Confratres vel eorum
Proceres & aliquot dies in
carcere detinēt, ſine proceſ-
ſu tamen vel ad ſummum di-
ctis teſtium in ſcriptis reda-
ctis pro veritatis atteſtatione
& ſui exoneratione ſine for-
ma inquiſitionis & commiſ-
ſionis cauſæ in ſcriptis. Et
8 hoc quoque modo ſuſpendūt
& priuant a ſuis officijs Pro-
ceres & alios Cōfratres prop
ter ſuos exceſſus ſi caſus oc-
currat, vt metas regij priui-
9 legij quod omnia iudicia vult
eſſe verbalia, non excedant.
Similiter ſi in aliqua cauſa
huius generis ciuili veniat
incidenter aliquod delictum
quamuis graue alicuius Cō-
fratris, capi cum facient &
regij officiales punient.
Obſerua diſcrimen præter 10
alia vnum inter Caroli pri-
uilegium & conſtitutionē ci-
tatam quod priuilegium ſim-
pliciter vetat cauſas, de qui-
bus agitur ad Regiam Au-
dientiam euocari, conſtitu-
tio autem dicit in prima in-
ſtātia. Vnde prætēdit Syndi-
cus Barcinonę prędictas cau-
ſas neque in prima neque in
ſecunda inſtantia a domo ſuę
Ciuitatis euocari poſſe, ſaluis
Domino Regi caoſis ſecūda-
rum appellationum ex ſua
regalia argumēto illius theo-
ricæ quam tradit Micha. Fer-
rer 3. *par. obſeruantia. ca.* 41. de
primis appellationibus in-
terpoſitis per ſubditū a ſen-
tētia lata per dominum Ca-
ſtri, quas regulariter Regia
Audientia non admittit. Cō- 11
trariū tamen reperi decisū in
Regio Senatu facta conclu-
ſione 18. Februarij 1584. inter
Syndicum Cōfratriæ fabro-
rum Barcinonæ & Franciſ-
cum Seldeuila ligni fabrum
referente Ceſcales, quā per

Digitized by Google

maiorem partem fuit con-cluſũ quod quia in priuile-gijs Barcinonæ non reperi-tur cautũ quod à cauſis nul-litatum & grauaminum, quæ fierent per Conſiliarios Bar-cinonæ in cauſis, quæ in pri-ma inſtantia coram eis duce-rentur, non poſsit interponi appellatio ſeu recurſus ad Regiam Audientiam, cum ſimiles cauſæ appellationum ad Supremam Maieſtatem, niſi ſpecialiter à ſe abdicatæ fuerint, pertineát; ideo pro-cederetur ad vlteriora non obſtante exceptione dilatoria oppoſita, licet regio priuile-gio ſit ſimpliciter diſpoſitũ quod cauſæ Confratriarum & officiorum Barcinonæ nõ poſsint ad Regiam Audien-tiã euocari cũ clauſulis adẽp-
12 tionis poteſtatis, & decreto nullitatis. Nota cõcluſionem factam fuiſſe per maiorem partem, quaſi prçſupponatur alios fuiſſe Senatores pro Ci-uitate ſentientes, & pro Ci-uitate audiui declaratum in Regio Concilio in cauſa vi-duæ Iſerna relatore Bonet, ſed non vidi ſententiam nec concluſionem.

Sane huiuſmodi Confra- 13
triarum & officiorum cauſæ à domo Ciuitatis Barcinonæ ſæpe etiam in prima inſtan-tia ad Regiam Audientiam euocantur cum motiuo, quod agatur de viribus ſeu de in-terpretatione regiorum pri-uilegiorum, & ſignanter ex cauſis Confratriarũ vidi ſer-uatum in cauſa veleriorum & pauperum mulierum re-latore Vinyes, & ex cauſis extractionis officiorum Ci-uitatis vidi expreſſe deciſum in cauſa Petri de Tamarit ſu-per officio Baiuli cuporum relatore Sabater & nuper vi-di ſeruatum in cauſa nobilis Vincentis Magarola & T. Brauo ſuper eodem officio cuporum. Velim in his ſer-uari theoricam quam fuſe ſcripſi *in lib. de offic. iud. & aduoc. quæſt. 7. ex num. 31.* vbi *num. 37.* expoſui abuſum pra-xis huius prætextus in Re-gio Senatu in præiudicium præſertim Ciuitatis Barci-nonæ.

An Cõſules Ciuitatis Bar- 14
cinonæ irrequiſito Conſilio Aduocatorum domus ipſius Ciuitatis vel alterius eorum poſ-

poſsint in domibus ſuis cau-
ſas confratriarum, & officio-
rum (vt aliquando accidit)
ſententiare, ſcripſi *in d. lib. de*
offic. iud. & aduoc. par. 1. quæſt.
5. num. 47. & quod votum di-
ctorum aduocatorum in præ-
fatis cauſis ſit tãtum conſul-
tiuum, non deciſiuum, etſi
prætermitti non poſsit *d. q.*
5. num. 26. & quemadmodum
a ſentẽtijs iſtarum cauſarum
recurratur, & recurri valeat,
& an recurſus impediat exe-
cutionem ſententię *quæſt. 10.*
num. 26. & 27. in qua quæ-
ſtione ferè per totam quam
plurima reſolui dubia quæ
ad huiuſmodi cauſas, vt putà
ſummariſsimas accõmodari
15 poſſunt. An Confratres poſ-
ſint omittere iudicium Con-
ſulũ Barcinonę & iuriſdictio-
nem Vicarij eiuſdem Ciui-
tatis, vel alterius iudicis pro-
rogare, & coram eo compa-
rere, non eſt cur diſputemus,
cum ipſum Catoli priuile-
16 gium definiat hoc in Ciui-
tatis fauorem, quem articu-
lum extra hoc priuilegium
an ſubditi inuito Domino
poſsint alterius iudicis iuriſ-
dictionem prorogare tractãt
Vincen. Anna allegatio. 59. ex
num. 13. Surdus conſ. 47. num.
36. lib. 1. Amade. a Ponte in
quæſt. laudimial tit. quis ſit iu-
dex in cauſ. feudal. nu. 20. An-
ton. Theſau. deciſ. 266. num. 8.
Iacob. Cancer. & alij per ipſum
relati par. 3. cap. 10. num. 25. &
ſeqq. Illud etiam certum eſt 17
quod Confratres in caſibus
prælibati priuilegij non poſ-
ſunt declinare iudicium Ci-
uitatis prætextu alicuius mi-
litiæ ſuę vel immunitatis per
tex. *in l. fi. C. de iuriſdic. omn.*
iudi. per quem *Bart. Bald. &*
Salycet. in eo tex. aſſerũt quod
miles exiſtens in Collegio
non poteſt euadere iuriſdi-
ctionem Rectoris vel Prępo-
ſiti illius Collegij ex cauſa
cuiuſcunq. militię aut exẽp-
tionis ſeu dignitatis. Confert
Afflict. deciſ. 24. num. 3. & ibi
latius per Vrſil. vbi ait cleri- 18
cum ratione artis & officij
poſſe coram iudice laico cõ-
ueniri *& Hieronym. Portol. ad*
Molin. in §. clericus, poſt prin.
vbi ſubdit clericum delin- 19
quentẽ in officio Regio poſ-
ſe puniri ciuiliter, priuatio-
ne nẽpe officij & pœna pecu-
niaria per iudicẽ ſecularem.

20 Sed an dominus Rex ſtan-
te allegato Caroli Impera-
toris priuilegio poſsit vnam
aut alteram Confratriam fa-
brorum Barcinonæ eximere
ſuo priuilegio a iuriſdictio-
ne Conſulum dictæ Ciuita-
tis & ſubmittere eam pri-
uatiuè Vicario vel Baiulo
Barcinonæ. Deciſum fuit
quod poſsit die 9. Nouemb.
1579. Regia ſententia lata re-
ferente Michaele Ferrer in
cauſa Syndici moleriorum &
architectorũ ex vna, & Syn-
dici Barcinonæ nec non iu-
uenum magiſtrorum domo-
rum ex altera partibus. Con-
21 ducũt tradita per *Iacob. Can-
cer. par. 3. cap. 3. num.* 316. vbi aſ-
ſerit quod licet Rex conceſ-
ſerit alicui priuilegium exi-
gendi lezdam, non ideo cen-
ſetur abſtuliſſe ſibi regaliam
& ſupremam poteſtatem cõ-
cedẽdi alicui exemptionem,
quia in dicto priuilegio ſu-
22 prema Regis authoritas cen-
ſetur reſeruata *& num. 318.*
vbi docuit quod licet Rex
conceſſerit alicui omnem iu-
riſdictionem alicuius Oppi-
di, poteſt vnum ex vaſſallis
poſtea creare militem, & ſic
ab eius iuriſdictione liberare
vtendo ſua ſuprema poteſta-
te creandi milites de qua *in
l. neminem cum ibi not. C. de re
milit. lib. 12.*

Quando per Syndicũ Ci- 23
uitatis Barcinonæ vel alium
quemcunque litigantem op-
ponitur coram iudice excep-
tio incõpetentiæ iuriſdictio-
nis, obſeruatione dignum eſt
quod hæc exceptio incom-
petẽtiæ iuriſdictionis eſt or-
do & fundamentum iudicij
*ad tex. in § fin. Inſtitut. de pœn.
temer. litigan. Speculat. in tit. de
citatio. in princ.* & ſic non po-
teſt ad merita cauſæ reſerua-
ri, vti fuit deciſum in Regia
Audientia concluſione facta
24. Ianuarij 1573. in cauſa in-
ter Syndicum Barcinonæ &
Ioannem Roſſell referente
Vilana & meo tempore vidi
idem deciſum referente A-
ſtor in eodem Senatu in cau-
ſa ſupplicationis a quadam
prouiſione facta in domo Ci-
uitatis, qua exceptio incom-
petentiæ iuriſdictionis fue-
rat ad diffinitiuam remiſſa.

Vidi quoque dubitatum an 24
ſufficiat in iudicijs verbali-
bus prima citatione citare
Syndi-

Digitized by Google

Syndicum Ciuitatis ſeuCollegij an vero neceſſe ſit citare Cõſules Ciuitatis vel Proceres Collegij, & meo tempore in Regia Audientia referente Seniuſt in cauſa Syndici Barcinonæ & Eliſabethis Aguſti fuit deciſum citationem Syndici prædictæ Ciuitatis in iudicio verbali Excellentiſsimi Locumtenẽtis Generalis Domini Regis factam, licet eſſet prima citatio, quæ regulariter debet eſſe perſonalis, & non procuratoris; ad tradita per *Peguer. in prax. ciuil. rubr. 6. num. 5.* legitimã eſſe. Si vis citare vniuerſitatem, an poſsis citare Syndicum, tradit *Bart. in l. ſi Ciuitates num. 1. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nomin.*

25 Sententia lata contra aliquas perſonas alicuius artis vel officij habet tractum ſucceſsiuum contra ſucceſsores in eadem arte vel officio & cõtra Collegium poſtea erectum, ſicque fuit deciſum in Regia Audientia concluſione facta 14. Octob. 1586. inter Collegium Pharmacopolarum & Collegium Dulciariorum Barcinonæ referente Hieronymo Planes, ideoque eadem concluſione fuit declaratum rem iudicatam & ſententiam inter plures Dulciarios virtualiter comprehendere omnes ſucceſſores in dicta arte, & Collegium eorum poſtea erectum, & etiã eidem ſententię debere ſtare 26
Conſiliarios & ÆdilemBarcinonæ. Verum eſt quod licet cauſa fuiſſet cæpta contra aliquos Dulciarios nominatim, tamen ſententia generaliter lata fuit dicendo non licere Dulciarijs, mercatoribus, reuenditoribus in Ciuitate Barcinonæ tenere aut vendere certas ſpecies in ſententia expreſſas, itaque apparebat ſententiam latam fuiſſe reſpectu artis Dulciariorum & exercitij quarumcunq. perſonarum, quæ prædictas ſpecies haberent venales. Vidi hanc concluſionem ſuo loco præter relationem *Caucerij qui par. 3. ca. 17. à num. 190. vſq. ad num. 197.* eam refert, & aliam ſimilem prouiſionem Regię Audientiæ referente Llobregat 21. Octob. 1560. factam aduerſus quoſdam Notarios, & hunc articu-

gij Pharmacopolarum Barcinonæ & Michaelem Lliſcano Pharmacopolam referente Ioanne Pontio Ceſcaſes in fauorem dicti Lliſcano cōtra prędictum Syndicum, attenta magna peritia, vſu, & exercitio, examine, & graduatione artis dicti Lliſcano alibi factis, non obſtāte quod nō didicerit ipſe Lliſcano artem Barcinonæ per tempus quinquennij & extra eam in Cathalonia per tempus triēnij iuxta priuilegia regia & ordinationes ipſorum Pharmacopolarum, tum quia de huiuſmodi perſonis non fit in illis mentio, tum quia in his perſonis ceſſat ratio, & ideo debet ceſſare diſpoſitio, præſertim hoc ſuadente publica vtilitate, cum interſit Reipublicæ vt in Ciuitate populoſa, prout eſt Ciuitas Barcinonæ, adſit copia peritorū. Conferunt tradita per DD. *in l. ad beſtias 31. ff. de pœnis.*

36 De examine tyronum & graduatione magiſtrorū alicuius artis vel officij, & qui poſſint tenere operatoriū, multa Rebuff. *de magiſtris artific. & monop. §. & ſans ſuire gloſ. vnic. per totum iuncta gloſ. vnic. præcedentis §. in fin. & §. lo quel toutes fois gloſ. vnic.* & de matricula artificis Alphonſ. Narbona *ad leges regi. par. 2. lib. 4. tit. 1. lege. 20. gloſ. 5. num. 2. & ſeqq.*

Circa infamiæ notā propter quam Collegia multos ſibi aggregare recuſāt quod dicantur de familia Iudaico ſanguine infecta obſeruaui concluſionem Regij Senatus 8. Februarij 1580. factam in fauorem Gregorij Iouer Artium & Medicinæ Doctoris contra Syndicum Collegij Medicorum Ciuitatis Barcinonæ, qua declaratur quod ab anno 1400. quo plurimi Iudęi per prędicationē Sancti Vincētij Ferrer conuerſi fuerunt, familię neophitorū & nouiter conuerſorum inceperunt ea infamia notari in matrimonijs contrahendis & alijs actibus, & cōcluditur dictum Iouer ab antiquis Christianis & ſine Iudaici generis nota genitum fuiſſe, & non eſſe remouēdū a præfato Collegio, ex quo probauit a dicto anno 1400. 37

De monopolijs certdonum 38

artifi-

artificum & fabrorum, quæ frequens materia eſt, accurate & fuſe agūt *Tiber. Decian. tom.2.criminalium lib.7. cap. 21. Rebuff. de magiſtris artific.§. nous defendons gloſ. 2. per tot. Portolez ad Molin. verbo, Confratria num.4. Marant. tit. de inquiſitio.nu.129. & 130. Mandoſ. in tractat. de ingrat. ca.111. Iodoc. in praxi. cap.132. & maxime pro foro interiori Pater Leonard. Leſſ. de iuſti. & iur. li.2.c.21.dub.21.* vbi hanc materiā varios caſus diſtinguēs clarè explicat & reſoluit.

EX §. XV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Petri Secundi Ciuitati Barcinonæ conceſſum ſuper teſtamentis ſacramentalibus.*

2 *Praxis huius priuilegij in domo Ciuitatis.*

3 *Sententia ſuper proceſſu teſtamenti ſacramentalis.*

4 *Teſtamēti ſacramentalis forma.*

5 *Teſtamenti ſacramentalis cōſuetudo an obtineat tam in teſtāte Barcinonæ quam extra. & num.6.*

6 *Teſtamenti ſacramētalis priuilegium an ſit conceſſum tātum ciuibus Barcinonæ vbiuis teſtantibus vel etiam forenſibus.*

7 *Teſtes duo an ſufficiant in teſtamento ſacramentali.*

8 *Authoris opinio circa hāc quæſtionem.*

9 *Teſtes duo ſufficiunt in teſtamēto inter liberos & ad pias cauſas & quando agitur tātum de declaranda voluntate teſtatoris defuncti.*

10 *Teſtes in teſtamento ſacramentali an poſſint eſſe fœminæ.*

Feminæ in teſtamentis an & quando teſtes eſſe poſſint. ibid.

11 *Iuramentum ſuper altari S. Felicis martyris quare præſtent teſtes in teſtamentis ſacramentalibus.*

Iuramētum bellicum ſiue batallicum preſtabatur olim ſuper altari S. Felicis martyris ibid.

12 *Teſtes ſuper teſtamentis ſacramentalibus quod iurent infra ſex menſes, quare inductum ſit.*

ſien Iutges los Concellers de la dita Ciutat qui ſon, y per temps ſeran ab concell dels aduocats de la dita Ciutat o laltre dells ſens ſalari algu e ningun altre no puga eſſer Iutge ne ditas cauſas puxan eſſer euocadas a la Real Audiencia de V. Mageſtat ni de Voſtre Lloctinent General ne del portant Veus de Gouernador General enCathalunya per qualſeuol calitat o motiu inhibint e abdicant tot poder al Canceller Vicecanceller é Regent la Cancellaria de euocar ditas cauſas ni decretar ni prouehir las ſupplications ab decret de nullitat encaraque las parts ſen concordaſſen, y prorogaſſen la jurisdiccio. Plau a ſa Mageſtat.

4 Extat quoque Regia ſentētia Didaci Clauero Regētis Regiam Cancellariam in ſupremo Regni Aragonum Concilio & Regij viſitatoris generalis Regiorum officialium Cathaloniæ lata 10. Ianuarij 1605. qua pro obſeruantia præfati priuilegij declarauit quod ſi de facto euocarentur memoratæ cauſę ad Regiam Audientiam, Ciuitati ſine aliquo ſalario reſtituerentur. Memini tam prælibati priuilegij Caroli Imperatoris, quam memoratæ ſententiæ ego *in libro de offic. ind. & aduoc. par. 1. quæſt. 10. ex num. 68.* vbi cumulaui varias deciſiones Regij Senatus in obſeruantiam eiuſdem priuilegij & praxim & interpretationem prædictæ ſententiæ, quas hic non repetam.

Habet etiam Ciuitas Barnonæ vt citato loco tradidi, præter prænarrata ſpecialia priuilegia generalem conſtitutionem Cathaloniæ, *quæ eſt penul. tit. de euocations de cauſas curiarum anni* 1585. *cap.* 114. qua prohibitum eſt ne cauſæ Confratriarum ſpectantes ad cognitionem & adminiſtrationem Conſulum Ciuitatum, & Oppidorum, ad Regiam Audientiam in prima inſtantia euocentur, etiam prætextu paupertatis, viduitatis, aut miſerabilitatis, & notat Peguer. *in prac. ciuil. rubr. 4. num. 9.* 5

Iuriſdictio & cognitio, quā Ciuitas Barcinonæ in cauſis Confratriarum & Officiorum atque Confratrum obtinet 6

Digitized by Google

tinet, in Ciuilibus eſt, non in criminalibus pro his enim vel Syndicus Ciuitatis adit Regiam Curiam vel Conſules eiuſdem Ciuitatis vocant Vicarium Barcinonæ & eius Priorem ad domum ipſius Ciuitatis, & in ea nomine Vicarij recipitur per Priorem informatio delicti, capiturque delinquens & per dominum Regem vel eius officia-
7 les punitur. Excipio quod Conſules Barcinonæ ex conſuetudine propter inurbanitates & leuia delicta capi faciunt Confratres vel eorum Proceres & aliquot dies in carcere detinẽt, ſine proceſſu tamen vel ad ſummum dictis teſtium in ſcriptis redactis pro veritatis atteſtatione & ſui exoneratione ſine forma inquiſitionis & commiſſionis cauſæ in ſcriptis. Et
8 hoc quoque modo ſuſpendũt & priuant a ſuis officijs Proceres & alios Cõfratres propter ſuos exceſſus ſi caſus occurrat, vt metas regij priui-
9 legij quod omnia iudicia vult eſſe verbalia, non excedant. Similiter ſi in aliqua cauſa huius generis ciuili veniat incidenter aliquod delictum quamuis graue alicuius Cõfratris, capi eum faciunt & regij officiales punient.

Obſerua diſcrimen prçter 10
alia vnum inter Caroli priuilegium & conſtitutionẽ citatam quod priuilegium ſimpliciter vetat cauſas, de quibus agitur ad Regiam Audientiam euocari, conſtitutio autem dicit in prima inſtãtia. Vnde prætẽdit Syndicus Barcinonç prędictas cauſas neque in prima neque in ſecunda inſtantia a domo ſuę Ciuitatis euocari poſſe, ſaluis Domino Regi cauſis ſecũdarum appellationum ex ſua regalia argumẽto illius theoricæ quam tradit Micha. Ferrer 3. *par. obſeruantia. ca.* 41. de primis appellationibus interpoſitis per ſubditũ a ſentẽtia lata per dominum Caſtri, quas regulariter Regia
11 Audientia non admittit. Cõtrariũ tamen reperi deciſũ in Regio Senatu facta concluſione 18. Februarij 1584. inter Syndicum Cõfratriæ fabrorum Barcinonæ & Franciſcum Seldeuila ligni fabrum referente Ceſcales, quã per

maiorem partem fuit conclusũ quod quia in priuilegijs Barcinonæ non reperitur cautũ quod à cauſis nullitatum & grauaminum, quæ fierent per Conſiliarios Barcinonæ in cauſis, quæ in prima inſtantia coram eis ducerentur, non poſsit interponi appellatio ſeu recurſus ad Regiam Audientiam, cum ſimiles cauſæ appellationum ad Supremam Maieſtatem, niſi ſpecialiter à ſe abdicatæ fuerint, pertineat; ideo procederetur ad vlteriora non obſtante exceptione dilatoria oppoſita, licet regio priuilegio ſit ſimpliciter diſpoſitũ quod cauſæ Confratriarum & officiorum Barcinonæ nõ poſsint ad Regiam Audientiã euocari cũ clauſulis adeptionis poteſtatis & decreto
12 nullitatis. Nota cõcluſionem factam fuiſſe per maiorem partem, quaſi præſupponatur alios fuiſſe Senatores pro Ciuitate ſentientes, & pro Ciuitate audiui declaratum in Regio Concilio in cauſa viduæ Iſerna relatore Bonet, ſed non vidi ſententiam nec concluſionem.

Sane huiuſmodi Confratriarum & officiorum cauſæ 13
a domo Ciuitatis Barcinonæ ſæpe, etiam in prima inſtantia ad Regiam Audientiam euocantur cum motiuo, quod agatur de viribus ſeu de interpretatione regiorum priuilegiorum, & ſignanter ex cauſis Confratriarũ vidi ſeruatum in cauſa veleriorum & pauperum mulierum relatore Vinyes; & ex cauſis extractionis officiorum Ciuitatis vidi expreſſe deciſum in cauſa Petri de Tamarit ſuper officio Baiuli cuporum relatore Sabater & nuper vidi ſeruatum in cauſa nobilis Vincentis Magarola & T. Brauo ſuper eodem officio cuporum. Velim in his ſeruari theoricam quam fuſe ſcripſi *in lib. de offic. iud. & aduoc. quæſt. 7. ex num. 31.* vbi *num. 37.* expoſui abuſum praxis huius prætextus in Regio Senatu in præiudicium præſertim Ciuitatis Barcinonæ.

An Cõſules Ciuitatis Barcinonæ irrequiſito Conſilio 14
Aduocatorum domus ipſius Ciuitatis vel alterius eorum poſ-

Digitized by Google

poſsint in domibus ſuis cau-
ſas confratriarum, & officio-
rum (vt aliquando accidit)
ſententiare, ſcripſi *in d. lib. de*
offic. iud. & aduoc. par. 1. quæſt.
5. num. 47. & quod votum di-
ctorum aduocatorum in præ-
fatis cauſis ſit tãtum conſul-
tiuum, non deciſiuum, etſi
prætermitti non poſsit *d. q.*
5. num. 26. & quemadmodum
a ſentẽtijs iſtarum cauſarum
recurratur, & recurri valeat,
& an recurſus impediat exe-
cutionem ſententię *quæſt. 10.*
num. 26. & 27. in qua quæ-
ſtione ferè per totam quam
plurima reſolui dubia quæ
ad huiuſmodi cauſas, vt putà
ſummariſsimas accõmodari
15 poſſunt. An Confratres poſ-
ſint omittere iudicium Con-
ſulũ Barcinonę & iuriſdictio-
nem Vicarij eiuſdem Ciui-
tatis, vel alterius iudicis pro-
rogare, & coram eo compa-
rere, non eſt cur diſputemus,
cum ipſum Caroli priuile-
16 gium definiat hoc in Ciui-
tatis fauorem, quem articu-
lum extra hoc priuilegium
an ſubditi inuito Domino
poſsint alterius iudicis iuriſ-
dictionem prorogare tractãt
Vincen. Anna allegatio. 59. ex
num. 13. Surdus conſ. 47. num.
36. lib. 1. Amade. a Ponte in
quæſt. landimial tit. quis ſit iu-
dex in cauſ. feudal. nu. 20. An-
ton. Theſau. deciſ. 266. num. 8.
Iacob. Cancer. & alij per ipſum
relati par. 3. cap. 10. num. 25. &
ſeqq. Illud etiam certum eſt 17
quod Confratres in caſibus
prælibati priuilegij non poſ-
ſunt declinare iudicium Ci-
uitatis prætextu alicuius mi-
litiæ ſuę vel immunitatis per
tex. *in l. fi. C. de iuriſdic. omn.*
iudi. per quem *Bart. Bald. &*
Salycet. in eo tex. aſſerũt quod
miles exiſtens in Collegio
non poteſt euadere iuriſdi-
ctionem Rectoris vel Prępo-
ſiti alius Collegij ex cauſa
cuiuſcunq; militię aut exẽp-
tionis ſeu dignitatis. Confert
Afflict. deciſ. 24. num. 3. & ibi
latius per Vrſil. vbi ait cleri- 18
cum ratione artis & officij
poſſe coram iudice laico cõ-
ueniri. & *Hieronym. Portol. ad*
Molin. in §. clericus. poſt prin.
vbi ſubdit clericum delin- 19
quentẽ in officio Regio poſ-
ſe puniri ciuiliter, priuatio-
ne nẽpe officij & pœna pecu-
niaria per iudicẽ ſecularem.

Digitized by Google

20 Sed an dominus Rex ſtan-
te allegato Caroli Impera-
toris priuilegio poſsit vnam
aut alteram Confratriam fa-
brorum Barcinonæ eximere
ſuo priuilegio a iuriſdictio-
ne Conſulum dictæ Ciuita-
tis & ſubmittere eam pri-
uatiuè Vicario vel Baiulo
Barcinonæ: Deciſum fuit
quod poſsit die 9. Nouemb.
1579. Regia ſententia lata re-
ferente Michaele Ferrer in
cauſa Syndici moleriorum &
architectorũ ex vna, & Syn-
dici Barcinonæ nec non iu-
uenum magiſtrorum domo-
rum ex altera partibus. Con-
21 ducũt tradita per *Iacob. Can-
cer. par. 3. cap. 3. num. 316.* vbi aſ-
ſerit quod licet Rex conceſ-
ſerit alicui priuilegium exi-
gendi lezdam, non ideo cen-
ſetur abſtuliſſe ſibi regaliam
& ſupremam poteſtatem cõ-
cedẽdi alicui exemptionem,
quia in dicto priuilegio ſu-
22 prema Regis authoritas cen-
ſetur reſeruata *& num. 318.*
vbi docuit quod licet Rex
conceſſerit alicui omnem iu-
riſdictionem alicuius Oppi-
di, poteſt vnum ex vaſſallis
poſtea creare militem, & ſic
ab eius iuriſdictione liberare
vtendo ſua ſuprema poteſta-
te creandi millites de qua *in
l. neminem cum ibi not. C. de re
milit. lib. 12.*

Quando per Syndicũ Ci- 23
uitatis Barcinonæ vel alium
quemcunque litigantem op-
ponitur coram iudice excep-
tio incõpetentiæ iuriſdictio-
nis, obſeruatione dignum eſt
quod hæc exceptio incom-
petẽtiæ iuriſdictionis eſt or-
do & fundamentum iudicij
*ad tex. in §. fin. Inſtitut. de pœn.
temer. litigan. Speculat. in tit. de
citatio. in princ.* & ſic non po-
teſt ad merita cauſæ reſerua-
ri, vti fuit deciſum in Regia
Audientia concluſione facta
24. Ianuarij 1573. in cauſa in-
ter Syndicum Barcinonæ &
Ioannem Roſſell referente
Vilana & meo tempore vidi
idem deciſum referente A-
ſtor in eodem Senatu in cau-
ſa ſupplicationis a quadam
prouiſione facta in domo Ci-
uitatis, qua exceptio incom-
petentiæ iuriſdictionis fue-
rat ad diffinitiuam remiſſa.

Vidi quoque dubitatum an 24
ſufficiat in iudicijs verbali-
bus prima citatione citare
Syndi-

Syndicum Ciuitatis ſeu Collegij an vero neceſſe ſit citare Cõſules Ciuitatis vel Proceres Collegij, & meo tempore in Regia Audientia referente Seniuſt in cauſa Syndici Barcinonæ & Eliſabethis Aguſti fuit deciſum citationem Syndici prædictæ Ciuitatis in iudicio verbali Excellentiſsimi Locumtenẽtis Generalis Domini Regis factam, licet eſſet prima citatio, quæ regulariter debet eſſe perſonalis, & non procuratoris, ad tradita per *Peguer. in prax. ciuil. rubr. 6. num. 5.* legitimã eſſe. Si vis citare vniuerſitatem, an poſsis citare Syndicum, tradit *Bart. in l. ſi Ciuitates num. 1. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nomin.*

25 Sententia lata contra aliquas perſonas alicuius artis vel officij habet tractum ſucceſsiuum contra ſucceſsores in eadem arte vel officio & cõtra Collegium poſtea erectum, ſicque fuit deciſum in Regia Audientia concluſione facta 14. Octob. 1586. inter Collegium Pharmacopolarum & Collegium Dulciariorum Barcinonæ referente Hieronymo Planes, ideoque eadem concluſione fuit declaratum rem iudicatam & ſententiam inter plures Dulciarios virtualiter comprehendere omnes ſucceſſores in dicta arte, & Collegium eorum poſtea erectum, & etiã
eidem ſententię debere ſtare 26
Conſiliarios & Ædilem Barcinonæ. Verum eſt quod licet cauſa fuiſſet cœpta contra aliquos Dulciarios nominatim, tamen ſententia generaliter lata fuit dicendo non licere Dulciarijs, mercatoribus, reuenditoribus in Ciuitate Barcinonæ tenere aut vendere certas ſpecies in ſententia expreſſas, itaque apparebat ſententiam latam fuiſſe reſpectu artis Dulciariorum & exercitij quarumcunq. perſonarum, quæ prædictas ſpecies haberent venales. Vidi hanc concluſionem ſuo loco præter relationem *Cancerij quipar. 3. ca. 17. a num. 90. vſq. ad num. 197.* eam refert, & aliam ſimilem prouiſionem Regię Audientiæ referente Llobregat 21. Octob. 1560. factam aduerſus quoſdam Notarios, & hunc

articulum optime explicat & 27 declarat, vbi quemadmodum facta intimatione ſententiæ nouo artifici ſeu officiali, poteſt contra eum fieri executio ſententiæ, & procedi virtute vſatici, *Iudicium in curia datum* per regaliam, & ſecus contra eum qui tempore ſententiæ iam erat artifex vel officialis & non fuit citatus.

28 Etſi Conſules Barcinonæ in Collegijs & Confratrijs iam dictis iuriſdictionem habeant, non tamen poſſunt facere decreta ambitioſa & facta per recurſum ſeu appellationem veniunt reuocanda *l.1. l. ambitioſa ff. de decret. ab* 29 *ordine faciendi*. Ambitioſa & prohibita ſunt omnia ſtatuta quæ fiunt in beneficium certarum perſonarũ, & in aliarum damnum ſine rationabili cauſa *cap. cum omnes de conſtitutio. & ibi DD.* Denique ambitioſa decreta interpretatur Bald. *in l. nulli C. de ſenten. & interlocut. omn. iudic.* ea omnia quæ rationi non ſunt conſentanea, vel quæ Conſules vt aliquibus perſonis 30 complaceant, faciũt. Non ergo poſſunt Conſules Barcinonæ decernere, vt vnum officium conficiat opera alterius officij. Sic in Regia Audientia 15. April. 1581. inter Confratriam Sartorum Gerũdæ & Confratriam Caligariorum eiuſdem Ciuitatis Gerundenſis referẽte Antonio Ros per maiorem partem Senatorum fuit concluſum quod licet Conſiliarij poſſint vnire & diuidere Cõfratrias: tamen non poſſunt ea quæ ſunt propria vnius officij concedere alteri officio, & declaratur quod Caligarij poſſunt facere caligas, Sartores vero pallia, & non econtra. Conducit Georgi. 31 Cauedo *deciſ. 158. par. 1.* vbi aſſerit quod vt quis alterius officium exercere poſſit, oportet vt ſit examinatus & fiat de Collegio, vt ſi illi Collegio imponatur aliquod onus vel munus a Rege vel a Republica, teneatur ad illud, & allegat *tex. in l. fin. ff. de Colleg. illicit. & glo. in l. 3. C. de fabricens. lib. 11.* Iuuat quoque 32 Petr. Gregor. *in Syntag. iur. vniuerſ. tom. 1. lib. 15. cap. 32. nu. 14. & 15.* vbi probat quod in Collegijs recipiendi tantum

ſunt

ſunt qui ſunt eius artis.

33 Eſſet quoque decretū ambitioſum ſi Proceres Confratriæ alicuius officij vel Conſules Barcinonæ ſine iuſta cauſa recuſarent admittere aliquem iuuenem ad examen publicum dicti officij, tunc enim ob renitentiā Procerum, Conſules: & ob renitentiam Conſulum, Superior poſſet admittere. Sic 22. Nouembris 1602. in Regia Audientia referente Torner inter Iacobū Guimera & Syndicum Villæ Perpiniani declaratū fuit quod quotieſcūque Conſules & Collegium chirurgorū dictę Villę abſq; cauſa iuſta & legitima recuſant admittere aliquem iuuenem ad examen publicum artis prædictę, tali caſu in renitentiam illorum poſſunt hoc facere Conſules præfatę Villę Perpiniani, non obſtante priuilegio regio conceſſo Collegio memorato, quod nec poteſt nec debet habere locum quotieſcunq; Collegium eſt renitens ſine iuſta & legitima cauſa. Ita

34 quoque aliquoties cum eſſem Aduocatus Ciuitatis Barcinonæ, obſeruatum vidi quod ſine cauſa renitentibus Proceribus Confratriarum admittere iuuenes ad examen ſui officij, admittebant eos Conſules Barcinonæ eligendo peritos vt examinarent, & facta peritorum relatione creabant eoſdem Magiſtros illius officij, & de corpore Confratriæ. Bene iſta probātur ex d. Baldi doctrina *in l. nulli C. de ſenten. & int. omnes iud.*

Poſſunt etiam cōpelli Cōſules ſeu Proceres alicuius artis vel officij ad aggregandum ſuo Collegio ſeu Confratriæ peritos alibi iā examinatos & graduatos licet non didicerint artem vel officium in Ciuitate Barcinonæ per annos ordinationum illius Collegij vel Confratriæ: quia iſti non comprehenduntur ſub ordinationibus & priuilegijs diſponentibus, quod graduandi & aggregandi Collegijs debeant ediſcere artem per aliquot annos Barcinonæ: vt ita fuit deciſū in Regio Senatu concluſione facta 4. Nouembris 1581. inter Syndicum Colle- 35

gij Pharmacopolarum Barcinonæ & Michaelem Lliſcano Pharmacopolam referente Ioanne Pontio Ceſcaſes in fauorem dicti Lliſcano cõtra prędictum Syndicum, attenta magna peritia, vſu, & exercitio, examine, & graduatione artis dicti Lliſcano alibi factis, non obſtãte quod nõ didicerit ipſe Lliſcano artem Barcinonæ per tempus quinquennij & extra eam in Cathalonia per tempus triẽnij iuxta priuilegia regia & ordinationes ipſorum Pharmacopolarum, tum quia de huiuſmodi perſonis non fit in illis mentio, tum quia in his perſonis ceſſat ratio, & ideo debet ceſſare diſpoſitio, præſertim hoc ſuadente publica vtilitate, cum interſit Reipublicæ vt in Ciuitate populoſa, provt eſt Ciuitas Barcinonæ, adſit copia peritorũ. Conferunt tradita per DD. *in l. ad beſtias 31. ff. de pœnis.*

36 De examine tyronum & graduatione magiſtrorũ alicuius artis vel officij, & qui poſsint tenere operatoriũ, multa Rebuff. *de magiſtris artific. & monop. §. & ſans ſuire gloſ. vnic. per totum iuncta gloſ. vnic. præcedentis §. in fin. & §. lo quel toutes fois gloſ. vnic.* & de matricula artificis Alphonſ. Narbona *ad leges regi. par. 2. lib. 4. tit. 1. lege. 20. gloſ. 5. num. 2. & ſeqq.*

Circa infamiæ notã propter quam Collegia multos ſibi aggregare recuſãt quod dicantur de familia Iudaico ſanguine infecta obſeruaui conclusionem Regij Senatus 8. Februarij 1580. factam in fauorem Gregorij Iouer Artium & Medicinæ Doctoris contra Syndicum Collegij Medicorum Ciuitatis Barcinonæ, qua declaratur quod ab anno 1400. quo plurimi Iudęi per prędicationẽ Sancti Vincẽtij Ferrer conuerſi fuerunt, familię neophitorũ & nouiter conuerſorum inceperunt ea infamia notari in matrimonijs contrahendis & alijs actibus, & cõcluditur dictum Iouer ab antiquis Chriſtianis & ſine Iudaici generis nota genitum fuiſſe, & non eſſe remouẽdũ a præfato Collegio, ex quo probauit a dicto anno 1400. 37

De monopolijs cerdonum artifi- 38

artificum & fabrorum, quæ frequens materia eſt, accuratè & fuſe agũt *Tiber. Decian. tom. 2. criminalium lib. 7. cap. 21. Rebuff. de magiſtris artific. §. nous defendons gloſ. 2. per tot. Portolez ad Molin. verbo, Confratria num. 4. Marant. tit. de inquiſitio. nu. 129. & 130. Mandoſ. in tractat. de ingrat. ca. 111. Iodoc. in praxi. cap. 132. & maxime pro foro interiori Pater Leonard. Leſi. de iuſti. & iur. li. 2. c. 21. dub. 21.* vbi hanc materiã varios caſus diſtinguẽs clarè explicat & reſoluit.

EX §. XV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Petri Secundi Ciuitati Barcinonæ conceſſum ſuper teſtamentis ſacramentalibus.*

2 *Praxis huius priuilegij in domo Ciuitatis.*

3 *Sententia ſuper proceſſu teſtamenti ſacramentalis.*

4 *Teſtamẽti ſacramentalis forma.*

5 *Teſtamenti ſacramentalis cõſuetudo an obtineat tam in teſtãte Barcinonæ quam extra. & num. 6.*

6 *Teſtamenti ſacramẽtalis priuilegium an ſit conceſſum tãtum ciuibus Barcinonæ vbi vis teſtantibus vel etiam forenſibus.*

7 *Teſtes duo an ſufficiant in teſtamento ſacramentali.*

8 *Authoris opinio circa hãc quæſtionem.*

9 *Teſtes duo ſufficiunt in teſtamẽto inter liberos & ad pias cauſas & quando agitur tãtum de declaranda voluntate teſtatoris defuncti.*

10 *Teſtes in teſtamento ſacramentali an poſſint eſſe fœminæ.*

Feminæ in teſtamentis an & quando teſtes eſſe poſſint ibid.

11 *Iuramentum ſuper altari S. Felicis martyris quare præſtent teſtes in teſtamentis ſacramentalibus.*

Iuramẽtum bellicum ſiue batallicum pręſtabatur olim ſuper altari S. Felicis martyris ibid.

12 *Teſtes ſuper teſtamentis ſacramentalibus quod iurent infra ſex menſes, quare inductum ſit.*

Obliuio quanto tempore formetur & præſumatur. ibid.

13 *Teſtes in teſtamentis ſacramentalibus an debeant eſſe rogati.& nu. 15. vbi deciſio. & num.16.& num.19.*

14 *Teſtes in teſtamentis ſacramentalibus eſſe rogatos multum intereſt, & quare, & num.15.vbi deciſio.*

16 *Teſtamenta ſacramentalia reducta ſunt ad ius gentium, quo ſola voluntas defuncti cũ animo teſtandi attenditur, & num.22.*

17 *Teſtium rogitus an & quando iure communi exigatur in teſtamentis.*

18 *Teſtium rogitus in teſtamentis ſacramẽtalibus multo minus requiritur tempore peſtis; vel a pias cauſas, vbi deciſio.*

19 *Conſuetudo teſtamentorũ ſacramentalium* Barcinonæ *eſt vna ex legibus Gothorũ quæ hodie in Cathalonia remanent.*

Leges Gothorum ſolo iure naturali attento vti quiſque libere de bonis ſuis diſpoſuiſſet & legaſſet,ita ius eſſe voluerunt,ibid.

20 *Notarij copia quamquam fuiſſet,an nihilominus valeat teſtamentum ſacramentale.*

21 *Teſtamenti ſacramentalis præcipuum requiſitum quod conſtet de animo teſtandi.*

22 *Teſtamentorum ſacramentalium priuilegium cenſetur relaxare omnes ſolemnitates iuris ciuilis,& rem reducere ad ius gentium,& ad inſtar teſtamenti militis, & inter liberos, & ad pias cauſas: ſed quo ad probationem,non quoad ſubſtantiã teſtamenti.*

23 *Verba ſola,* Te hæredem facio, *vel,* Bona mea tibi relinquo. *nõ ſufficiũt ad inducẽdũ teſtamentum ſacramentale niſi alia concurrant quibus conſtet de teſtãdi animo, & quæ,& ibi deciſio.*

24 *Verba iocoſa blandiendi, vel iactandi cauſa non ſufficiunt ad teſtamentũ ſacramentale.*

25 *Teſtes in teſtamentis ſacramentalibus ſi deponãt defunctum habuiſſe animum teſtãdi,non ſufficit, niſi reddant congruam rationem ex verbis teſtatoris vel alijs ſignis & actibus extrinſecis,& ibi deciſio.*

26 *Coniecturæ ex quibus infertur teſtandi animus.*

27 *Te-*

Digitized by Google

27 Teſtamentum ſacramentale valet ad excluſionem prioris teſtamenti ſolennis.
Teſtamentum ſolenne ſi pręcedit, maior probatio de animo teſtādi requiritur in ſubſequenti teſtamento ſacramentali priuilegiato & ſpeciali, ibid.
28 Teſtamentum ſacramentale an poſſit fieri ad interrogationem alterius, & num. 29.
29 Teſtamentum ad interrogationem alterius factum an valeat.
30 Et quid ſi teſtator nutu tātū vel per ſigna conſentiat interrogationi vel per ſigna conſtet de voluntate teſtatoris.
31 Et quid ſi concurrat importunitas interrogantis.
32 Circa teſtamenta ſacramentalia caſus frequens decidītur, & num. 33. 34. 35.
33 Teſtator ſi faciat exemplar eorum quæ in teſtamēto diſponere pręparabat, talis breuiatura non habet vim teſtamenti nec codicillorum.
34 Teſtator ſi corā teſtibus voluntatem ſuam declarauerit dicens vt vocaretur notarius, ante cuius aduentum poſtea decedit, non cenſetur cum teſtamento mori, etiam ad pias cauſas.
35 Diſtinctio optima Iacobi Cancerij circa hunc caſum.
36 Teſtamentum nuncupatiuum, ſeu inſcriptis, ſi ſolemnitates deficiant, an poſſit ad ſacramentale redigi.
37 Priuilegium teſtamentorum ſacramentaliū Barcinonę in quo differat a iure communi.
38 Teſtamentum de iure aliud eſt nūcupatiuum, & aliud in ſcriptis & vtriuſq. requiſita.
39 Teſtamentum nuncupatiuum quomodo fiat, & quomodo in ſcriptis.
40 Teſtamentum nuncupatiuum ex ſui eſſentia non requirit ſcripturam.
41 Scriptura tam in teſtamentis quam in contractibus eſt ex accidētalibus quæ poſſunt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.
42 Teſtamentum ſacramentale eſt ſpecies nuncupatiui.
43 Teſtamentum ſacramentale conſuetudinis ſeu priuilegij Ciuitatis Barcinonæ eſt magis priuilegiatum quam ſacramentale iuris communis, & quare.

Digitized by Google

§ XV.

Ciuitas Barcinona declarat per ſacramẽta volũtates morientium.

1 IN priuilegio Regis Petri Secundi Ciuitati Barcinonę conceſſo 23. Idus Ianuarij 1283. vulgo appellato, *Recognouerunt Proceres in 2. volum. conſtitutio. Cathal. tit. de las conſuetuts de Barcelona.* legitur capitulum 48. ſub his verbis. *Itẽ eſt conſuetudo quod ſi aliquis fecerit teſtamentum præſentibus teſtibus in terra vel in mari, vbicunque ſit, in ſcriptis vel ſine ſcriptis, ſeu ſuam vltimam voluntatem, etiam aliquo notario non præſente in ipſa voluntate verbo tenus dicta, vel ſcripta, quod valeat ipſa vltima voluntas ſiue teſtamentum, dum teſtes qui interfuerunt ipſi vltimæ voluntati vel teſtamento, infra ſex menſes ex quo fuerint in Barcinona, iurent in Eccleſia Sancti Iuſti ſuper altare Sancti Felicis martyris, præſente notario, qui tale teſtamentum confecit, & alijs perſonis, quod ipſi teſtes ita viderunt & audierũt ſcribi ſeu dici, ſicut in illa ſcriptura continetur, ſiue in vltima voluntate verbo tenus ab ipſo teſtatore dicta, & quod tale teſtamentum vocatur ſacramentale.*

2 Praxis huius capitis eſt quod per prætenſum hæredem offertur ſupplicatio Vicario Barcinonenſi, qua narratur N. morti proximum coram perſonis fidedignis animo teſtandi declaraſſe ſuã vltimam voluntatem, inſtituendo hæredem P. & legando T. & rogando præſentes vt ſibi teſtes eſſent: ideoque dictus P. ſupplicat perſonas, quæ fuerunt præſentes, examinari iuxta formam priuilegiorum Ciuitatis Barcinonæ, & ipſarum informationem recipi, & declarari præfatam vltimam voluntatem vim validi & ſolennis teſtamenti ſacramentalis habere, & in ſcriptis redigi, & conſequenter prædictam hæreditatem adiudicari dicto P. &

cauſam

Digitized by Google

cauſam committi alteri ex Aduocatis ordinarijs domus Ciuitatis Barcinonæ (duo officia ſunt creata priuilegio Regis Ferdinandi vulgo nũcupato *de Regimine Ciuitatis Barcinonæ* anni 1498.) qui de pręconio ſolito & alijs opportunis prouideat iuxta ſtylum & iuſtitiam adminiſtret. Fit cõmiſsio huius cauſę per Vicarium Barcinonæ alteri ex antedictis Aduocatis & ſcriba eſt proprius notarius obtinens officium ſcribæ teſtamentorum ſacramentaliũ. Prouiſio ſubſequitur Aduocati Ciuitatis quod fiat præconium per loca ſolita Ciuitatis Barcinonę quatenus intereſſe putantes compareant die t.(aliquando dicitur ſexta, non nunquam decima,& aliquoties decimaquinta poſt præconium, arbitrio iudicis) in Eccleſia Parochiali Sancti Iuſti & Paſtoris in Capella Sancti Felicis Martyris ad videndum iurare teſtes iuxta ſtylum. Fit & publicatur pręconium, & poſtea die ſtatuta conueniunt in prædicta Eccleſia & capella Vicarius Barcinonę, Aduocatus Ciuitatis, ſcriba teſtamentorum ſacramentalium, Rector aut Vicarius Eccleſiæ Sancti Iuſti, & teſtes, atque non nunquam partes aduerſæ, quæ porrigunt ſupplicationes & interrogatoria teſtium,& ibi Rector aut Vicarius Eccleſię recipit iuramentum teſtium & ipſi per dictum Aſſeſſorem examinantur & per eundem ſcribam depoſitiones illorũ in ſcriptis redigũtur. Poſtea loco publicationis teſtiũ notarius coram omnibus alta voce legit omnes depoſitiones teſtium ipſis teſtibus pręſentibus, qui ſtatim flexis genibus ante altare Sancti Felicis iurant in ſuis dictis reſpectiue ſtare & perſeuerare. Fit proceſſus ex iſtis actis & per ſcribam ad Aduocatum 3
Ciuitatis defertur, qui ordinat ſententiam in hunc modum. Magnificus Regẽs Vicariam Barcinonæ viſa ſupplicatione,&c. Viſo, &c. Attento per informationẽ iuxta priuilegia Ciuitatis Barcinonæ receptã & alias conſtat N. animo teſtandi declaraſſe,&c. his & alijs, &c, de conſilio infraſcripti Aſſeſſoris &

ris & Aduocati Ciuitatis Barcinonæ ſententiat pronunciat & declarat dictam vltimam voluntatem dicti N.ſicut proxime dictum eſt, factam & declaratam vim habere validi & ſolennis teſtamenti ſacramentalis nuncupati, & in ſcriptis redigi debere provt redigi mandat & conſequenter hæreditatē dicti N. adiudicandam dicto P. fore & eſſe provt cum præsēti adiudicat cum iuriū plenitudine: & quod fiat ſcriptura per G. notarium publicum Barcinonæ ſcribam teſtamentorum ſacramentaliū, quę vocetur teſtamentum ſacramentale, in qua ſuam interponit authoritatem pariter & decretum vt. R. Regēs Vicar. Barcinonæ. vt. X. Ad-
4 uocatus Ciuitatis, & Aſſeſſor. Demum præfatus notarius conficit prælibatam teſtamēti ſcripturam vigore huius ſententiæ, cuiuſmodi teſtamenti plures formæ apud eū reperiuntur, & duas tradit Marquilles in ſuis commentarijs manuſcriptis ad priuilegium *del Recognouerunt Proceres in d. cap.* 48.

Primū mouet Marquilles 5
ſupracitato loco dubium an cōſuetudo noſtri capitis 48. *del Recognouerunt.* obtineat in teſtante in Ciuitate Barcinonæ, & refert quendam Raymūdum Balleſtarium qui tenuit non habere locum niſi in teſtāte extra Barcinonam propter illa verba ipſius capitis ibi *infra ſex menſes ex quo fuerint in Barcinona*, quæ quidem verba hoc innuere videntur. Sed ſubdit Marquilles locum etiam habere in teſtante Barcinonæ vt ex lectura eiuſdem conſuetu dinis conſtat maxime ibi. *in terra vel in mari vbicunque ſit.* & ita aſſerit obſeruari, & ita quoq; ſœpius ego vidi ſeruatum & vt Aduocatus Ciuitatis Barcinonæ ſeruaui.

Iacobus Cancerius *var. reſol. par.* 1. *in editione additionata cap.* 4. *nu.* 91. cenſet hoc pri- 6
uilegium eſſe conceſſum ciuibus Barcinonenſibus vbi vis teſtantibus ſiue intus ſiue extra Barcinonam: verū hāc teſtandi formam eſſe inductā indiſtincte teſtantibus Barcinonæ, etiam forenſibus: itaque forenſes modo prædicto

Bar-

Barcinonæ teſtantes hac cõſuetudine,etiam quo ad bona vbique exiſtentia vti poſſe, ſed cur non forenſes extra Barcinonam teſtantes, ego non video, ſi in loco & ſub forma conſuetudinis noſtræ iurent teſtes & redigatur in ſcriptis teſtamentum, & ita fieri vidi & a Iureconſultis conſuli: nam hæc conſuetudo non magis loquitur de ciuibus quam de forenſibus,licet loquatur de CiuitateBarcinonæ.

7 Docet quoque Marquilles vbi ſupra citatus in caſu noſtræ conſuetudinis ſufficere duos teſtes ad teſtamenti validitatem per tex. *in Vſatic. Accuſatores in verſic.Duo aut tres teſtes tit. de teſtimonis.* At Cancerius cum in diuerſis partibus Cathalonię in teſtamentis non ſufficiant duo teſtes ſed iuxta ius commune ſeptem requirantur, vt in partibus Perpiniani,Tarraconæ, Gerundæ,& Dertuſæ,vt ipſe notauit *par.3. cap. 3.nu.174.& cap.20.nu.409.* voluit *part. 1. in noua editione additionata cap.4.num.74.* in teſtamentis ſacramentalibus de quibus agimus,non ſemper ſufficere duos teſtes in caſu noſtræ conſuetudinis; ſed tantum in locis vbi duo ſufficiunt in teſtamentis teſtes,veluti Barcinonę,non in 8
alijs. Ego credo in caſu noſtræ conſuetudinis ſẽper ſufficere duos teſtes, cum hoc caſu res ſit reducta ad ius gẽtium quo ad formam probatoriam,ſufficiatque iuris gẽtium probatio, vt ipſe Cancer. aſſeuerauit *in d.cap.4.nu. 76.*& nos inferius dicemus, & in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, vt ſacræ litteræ oſtendunt,*Deuter.17. Mathe. 18. & cap. relatum 1. nom. de teſtamen.* ſicut & duo 9
teſtes ſufficiunt in teſtamento inter liberos *l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto C. de teſtam.* & in teſtamento ad pias cauſas *d.cap.relatum.cap. cum eſſes illo tit.* & quando non agitur de probanda ſed de declaranda voluntate defuncti, *Surd. conſ.356.num. 8. & 9.lib. 3. Menoch. de præſumptio. lib.4. præſumptio. 36. num.15.& 16.& idem Cancer. par.3.cap.3.num. 174. & cap. 20.num.410.& ſeq.*

Inſuper

10 Inſuper Marquilles vbi ſupra citatus aſſerit in caſu noſtræ conſuetudinis teſtes eſſe debere maſculos, & tales qui in teſtamento eſſe poſsũt teſtes, atque aliàs non valere teſtamentum. Super quo obſeruãdus eſt Hieronym. Ceuallos *commun. contra commũ. quæſt.* 220. vbi an fœminæ in teſtamentis eſſe poſsint teſtes, ad vtrãque partem diſſerit, Iul. Clar. *in §. teſtamentum quæſt.* 55. *Michael Craſſus §. teſtamentũ quæſt.* 18. *Cancer. var. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 231. *& par.* 1. *in editio. additio. cap.* 4. *num.* 3. vbi reſoluit iure Canonico, & ſic in Cathalonia fœminas in teſtamento non poſſe teſtes eſſe, niſi ex numero aliorum teſtium fides ſuppleretur & ex aliorum legalitate. Spino. *in ſpec. teſtamen. glo.* 31. *principal. de teſtib. num.* 16. *& num.* 42. vbi ex multis probat & tenet fœminas, etiam de iure Canonico non poſſe eſſe teſtes in teſtamento, niſi ad pias cauſas. Contra tamẽ opinionem dicti Marquilles videndus Vaſqui. *de ſucceſsio. progreſſ. lib.* 2. *§.* 11. *nu.* 72. Farinac. *de oppoſitio. contra perſonas teſtium quæſt.* 59. *caſu* 3. *limit.* 7. *num.* 80. Deci. *in l. fœminæ num.* 31. *de reg. iur.*

Obſeruat Marquilles eodem loco quare in caſu noſtrę conſuetudinis præſtetur iuramentum ſuper dicto altati Sancti Felicis Martyris & ſubdit propter antiquam cõſuetudinẽ Barcinonę quia ſuper hoc altari præſtari ſolebat iuramẽtũ bellicũ quod vocat *iuramentum batallicum*, & etiam *iuramentum Iudæorum ſuper plagis*. Nam quod conſuetudo voluit infra ſex mẽſes iurare teſtes, hoc forte voluit ad vitandam obliuionem, quæ paruo tempore formatur in teſte, *ad tradita per Corne. conſ.* 261. *num.* 12. *ſub litter. L. vol.* 4. vbi ait non eſſe facile retinere interrogationem ſuper negotio poſt lapſum alicuius notabilis tẽporis, Cephal. *conſ.* 164. *num.* 5. *vol.* 2. Boſsi. *in prax. tit. de reſponſ. a reo faciend. nu.* 5. Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæſt.* 60. *verſic. & generaliter.* Menoch. *de recup. remed.* 5. *num.* 53. *& conſ.* 98. *nu* 34. *volum.* 1. nã memoria ſæpe vacillat & labitur, eamque ſenſim fugaces 11 12

ces

ces dies & anni ſurantur, vt inquit Ioan. Petrus Bimus *conſ.277.num.47.vol.3.*

13 Quæro in caſu noſtræ cõſuetudinis an teſtes debeant eſſe rogati. Dic quod nõ debent eſſe rogati, ſic enim receptũ eſt per noſtrũ *c.48.Del Recognouerunt Proceres.* circa teſtiũ rogitũ iuri cõmuni derogari, ita vt neceſſarius minime ſit : & probat in ipſis terminis noſtri priuilegij Celſus Hug.*con.116.n.1.2.3.& 7.* qui cũ Barcinonę pręſens eſſet, caſũ habuit in teſtamẽto Iacobi Baſtida ciuis Barcino-

14 næ. Veruntamen plurimi intereſt quod rogati ſint teſtes quia ex hoc conuincitur defunctũ potuiſſe animo teſtãdi verba quæ dixit, cum alias hoc ſit difficilioris probatio-

15 nis. Vtrũque probatur ex cõcluſione Regij Senatus 26. Septẽb.1586. referente Sabater facta inter Petrum de Iunyẽt & Nob. Ioannẽ Iunyẽt, qua deciditur quod licet teſtium rogitus ad validitatem ſimilium teſtamentorum ſacramentalium non ſit neceſſarius, cum ſufficiat quocunque modo conſtet de voluntate teſtatoris iuxta diſpoſita in priuilegio *Recognouerunt Proceres. Regis Petri cap. 48. incipienti. Item eſt conſuetudo:* attamen talis conuocatio & rogitus teſtium declarat animum diſponẽdi: quia qui teſtes conuocat, teſtari vult.

In alia quoque regia con- 16
cluſione 17. Maij 1610. referente Senjuſt facta inter Ioãnem Borrell & Michaelem Puigjaner in voto Cancellarij Agullana, quod in hoc dictæ concluſioni non aduerſatur, dictum fuit quod rogitus teſtium iuxta priuilegium *Recognouerũt Proceres.* non eſt neceſſarius in teſtamẽto ſacramẽtali, ſed res reducitur ad ius gentiũ ſecundũ quod ſola volũtas cũ animo teſtandi attẽditur. Cõfirmat quoque iſta Canc. in terminis noſtræ conſuetudinis *par.1.in editio.additionata cap. 4.num.74.* cui adde *num.77.*
in fin. ſicut de iure in teſta- 17
mento militis non requiritur teſtium rogitus *l.diuus ff. de milit. teſtam.§. plane inſtit. eod.* & ſicut de iure communi ſecundum multorũ DD. ſententiam non eſt neceſſarius

in teſtamento ad pias cauſas
licet alias de iure quoque Ca-
nonico regulariter exigatur,
vti vtrumque tradit Spino.
in ſpec.teſt.gloſ.31.princip. nu.
18 *29.& num.45.&* 46. Multo
minus requireretur teſtium
rogitus in ſimilibus teſta-
mentis ſacramentalibus per
dictum priuilegium ſi fierēt
tēpore peſtis vel ad pias cau-
ſas,quemadmodum his con-
currentibus, licet teſtes non
fuiſſent rogati, fuit declara-
tum concluſione facta in Re-
gio Concilio 9.Octob.1592.
referente Oliba inter Mar-
garetam Pla & œconomum
Monaſterij Sanctæ Catheri-
næ validum teſtamentum ſa-
cramentale tempore peſtis
factum & ſcriptum in quo-
dam papyro loco memoria-
lis per fratrem Conuentualē
prędicti Monaſterij,hoc mo-
do quod teſtator petijt veni-
re dictum fratrem & illum
rogauit quod ſcriberet ſuam
omnimodam voluntatem, &
ipſe frater per capita illam
ſcripſit, videlicet legata pia,
& quod bona reliqua relin-
quebat eidē Monaſterio pro
ſuffragijs animæ ſuę,& quod
reuocabat alias vltimas vo-
lūtates,& frater ille legit di-
ctum memoriale volente &
approbante contenta in eo,
dicto teſtatore , & pręſenti-
bus duobus teſtibus , qui ta-
men non fuerunt rogati.

Ratio bona prædictorum 19
eſſe poteſt quia noſtrum *cap.*
48.*del Recognouerunt Proceres*
vt teſtatur Mieres *in conſti-*
tutio. confirmans Curiæ Regis
Alphonſi Quarti quæ eſt 4. *di-*
*ctæ curiæ num.*32.*fol.*13.*pag.*4.
*collatio.*11. eſt vna ex legibus
Gothorum,quę hodie in Ca-
thalonia remanent , quæ le-
ges Gothorum ſolo iure Na-
turali attento,vti quiſque de
ſuis bonis liberè diſpoſuiſſet
& legaſſet,ita ius eſſe volue-
runt. Nec crederem admit- 20
tendam ad *d. cap.* 48. inter-
pretationem quam a quibuſ-
dam aduocatis pro ſuis clien-
tibus expendere vidi,vt ſolū
locum habeat,prælibatumq;
teſtamentū fieri liceat,quan-
do non hebetur copia nota-
rij,coram quo teſtator ſuam
volūtatem explicare potue-
rit.

Præcipuum requiſitum ad 21
validitatem teſtamenti ſacra-
men-

Digitized by Google

mentalis, de quo agimus in caſu noſtræ cõſuetudinis ſeu priuilegij eſt quod conſtet defunctum verba quæ dixit, declarando ſuam voluntatẽ,
22 protuliſſe animo teſtãdi: nã licet illud priuilegium cenſeatur relaxare omnes ſolennitates iuris ciuilis in teſtamentis condendis, remque reducere ad ius gentium & ad ſimilitudinem teſtamenti militaris,& inter liberos, & ad pias cauſas vt ita receptũ eſt: hoc tamen intelligitur quoad probationẽ, nõ quoad ſubſtantiam teſtamenti, quæ conſiſtit in animo deliberato & voluntate teſtandi. Sic in
23 d. concluſione anni 1586. referente Sabater concluditur quod verba ſola, *Ego te hæredem facio*. vel, *bona mea tibi relinquo*. non ſufficiunt ad inducendum teſtamentum ſacramentale nec per illa probatur diſponendi animũ habuiſſe defunctum, etiam ſi verba probentur plene per duos vel tres teſtes, niſi alia concurrant, videlicet quod defunctus protulerit ea verba deliberate & animo teſtandi ac diſponendi, qui animus colligi poteſt vltra verba ex factis, vt ſi defunctus cum eſſet infirmus & in diſcrimine vitæ conſtitutus & nullos haberet in promptu notarios ad ſuum teſtamentũ recipiendum, protulerit ea verba & rogauerit teſtes pro dicta diſpoſitione facienda, nam (ſubdit inferius) *priuilegium del Recognouerunt Proceres cap.48. requirit quod conſtet de voluntate teſtatoris & quod verba in actu teſtandi prolata ſint & non iocoſa, blandiendi, vel iactandi cauſa, pro vt plerũque aliqui faciunt præ gaudio & lætitia alicuius ac blandiendi animo & non diſponendi dicẽdo, Ego te hæredem facio. vel, bona mea tibi relinquo*. corroborat quoque hæc Cancer *d. cap.4. ex num.75. vſque ad nu.* 85. vbi *num.76. & 77.* extendit vt neque ſufficiat quod teſtes deponant defunctum habuiſſe animum teſtandi, niſi reddant congruam rationem ex verbis teſtatoris vel alijs ſignis & actibus extrinſecis vndè colligi id poſſit. & ita pręter deciſionem quam Cancerius allegat, vidi meo tempore in Regia

24 (margin, at "priuilegium")

25 (margin, at "corroborat")

R 2 Au-

Audientiam declaratum reuocando prouiſionem Aduocati Ciuitatis, qui fiſus in dictis teſtium qui aſſerebāt defunctum verba ſua ipſis præſentibus protuliſſe teſtandi animo, dicendo quod inſtituebat hæredem quendam militem Villę Ceruarię propinquum ſuum, ſententiam dexerat pro teſtamento mādans in ſcriptis redigi & publicari.

26 Coniecturas ex quibus deducitur & infertur teſtandi animus, quæ paucæ admodū ſunt, proſequitur ibi Cancerius *vbi ſupra*, & Menoch. *de præſumpti. lib. 4. præſumpt.* 8. *num.* 37. *& de arbitrar. iudic. caſu.* 496. Maynard. *deciſ.* 15. *num.* 16. *lib.* 5. Crauet. *conſ.* 117. Florez Diaz de Mena. *lib.* 1. *var. qq. quæſt.* 1. Mant. *de coniectur. vltim. lib.* 2. *tit.* 15. *nu.* 16. Adde Stephan. Gratian. *diſ. for.* 550. *n.* 14. *&* 56. vbi docet quandō verbū *volo* diſponat.

27 Illud verum eſt quod quāuis quādo præcedit teſtamētum ſolenne & ſubſequitur ſacramentale priuilegiatum & ſpeciale, magis enixe debeat conſtare de animo teſtādi in ſacramentali teſtamento, tamen ſi conſtet, valet hoc ſacramentale priuilegiatum & ſpeciale etiam ad excluſionē prioris teſtamenti ſolennis ex Magonio *dec.* 32. *n.* 33. Franc. Becci. *conſ.* 86. *num.* 2. Ioan. de Anania. *cōſ.* 57. *in fin.* & fuit ita deciſum in noſtra Regia Audientia referente Sabater 29. Iunij 1591. in cauſa inter nobilem Stephaniā Requeſens ex vna & D. Ioānem de Vilanoua ex altera.

Aliam interpetationē inuenio ad noſtrum priuilegiū ſeu conſuetudinem dicti cap. 48. in d. regia concluſione anni 1610. referente Seniuſt in d. voto Cancellarij Agullana quod regiæ concluſioni in hoc non eſt contrariū, dum aſſerit iuxta idem priuilegiū *del Recognouerunt Proceres.* poſſe teſtatorem ad interrogationem alterius ſuam declarare voluntatē nec ideo minus validum eſſe teſtamētum, quia in d. priuilegio ſola declaratio voluntatis animo teſtandi requiritur, nec fit aliqua diſtinctio ſi motu proprio ſuo vel ad interrogationem alterius illam aliquis 28

quis declarauerit, & vbi lex non diſtinguit nec nos di-
29 ſtinguere debemus. Et quod poſsit hoc teſtamentum fieri ad interrogationem alterius probat *gloſ.in verb.quemadmodum in l.iubemus C.de teſtamẽ.* Menoch.*de præſumptio.lib.*4. *præſumptio.*8.*num.*2. *&* 10. & ſufficit pro validitate teſtamenti, etiam ſolennis, vt teſtator reſpondeat per verba *Siſi*, vel *Nono*. vt tradit Alex. *conſ.*12.*num.*6. *vol.*1. *& conſ.* 33.*lib.*2. Afflic.*deciſ.*143.*num.* 3. Gamma.*deciſ.*46. *& ibi addit.* Blaſij Florez, Camil. Borrel.*conſ.*37.*num.*15. *&* 16. *& conſ.*44.*num.*36. *&* 37. Gratian.*tom.*5.*diſ.for.cap.*843.*nu.*
30 29. Imo ſufficit quod teſtator nutu conſentiat interrogationi, Celſ. Hug.*conſ.* 120.*nu.* 33. *&* 34. Anton. Gabri. *commun.concluſ.lib.* 4.*tit.de teſtamen.conclu.*2.*num.*1. Roman. *conſ.*306.*num.* 2. *&* 6. Simon de Pret *de interpret.vlt.volun. lib.*2.*interp.*1. *dubit.* 2. *ſolut.*1. *num.*51. Et quod de iure Canonico teſtamentum ſolenne valeat, etiam ſi per ſigna conſtet de voluntate teſtatoris, refert plures additio *litt.* *D.ad deciſ. Hieronymi Magonij Lucen.* 32. Quidquid aliud 31
ſit, quando concurrit importunitas interrogantium, Menoc.*conſ.*45. *num.*35. Clar. *in §.teſtamentum quæſt.*37.*nu.*7.

Propono caſum frequen- 32
tem, quem egregia *deciſ.*221. ſui Senatus reſoluit Anthonius de Gamma. Egrotus in diſcrimine vitæ poſitus ab amico interrogatus an vellet facere teſtamentum, reſpondit bona ſua eſſe Petri, ſeque Petrum velle ſibi hæredem & iuſsit tabellionem ad teſtamẽtum conficiendum accerſiri, qui cum ad domũ eius perueniſſet, iã infirmus animam efflauerat & obierat. Decidit prefatus Senatus cõtra teſtamentum declarando defunctum ab inteſtato deceſsiſſe. Quam ſententiã amplectitur ibi Gamma, quo- 33
niam ſi teſtator faceret exẽplar eorum quę in teſtamento præparabat diſponere, talis breuiatura non habet vim teſtamenti nec codicillorum *l.fideicommiſſa* 2.*verſic.*1.*de legat.*1.*l.ex ea in prin.ff.de teſtamen.* ex quo inferebat Deci. *conſ.*159.*num.*4. quod ſi teſta-
tor

tor coram teſtibus declarauit voluntatem ſuam dicens
34 vt vocaretur notarius, illa declaratio voluntatis cenſetur potius præparatio teſtamenti quam teſtamentum, & ideo decedens cum prędicta declaratione non cenſetur cum teſtamento mori nec declaratio illa vim codicillorum habet ſecũdum eundem Decium *conſ.* 488. *num.* 2. Carol. Ruin. *conſ.* 2. *num.* 2. *lib.* 5. ita vt nec ad pias cauſas teſtari viſus ſit ſecundum Oldrad. *conſ.* 119. & tradit Couar. *in cap. relatum num.* 9. *de teſtam.* Secũdum d. deciſionem 221. Antonij de Gamma reperi notatum pronunciaſſe pluries noſtrum Regium Senatum Cathaloniæ ſcilicet referente Ioan. Amell, & nob.
35 Ludou. a Peguera & alijs Doctoribus Regij præfati Concilij. At Iacobus Cancerius *part. 1. in editio. additionata. d. cap.* 4. *num.* 96. 97. & 98. qui nihil intactum reliquit, quãquam non meminit allegatæ deciſionis 221. Antonij de Gamma nec aliarum noſtri Senatus, hunc diſcutit articulum, & cum diſtinctione concludit, quod ſi conſtat teſtatorẽ protuliſſe aliqua verba diſpoſitiua animo tunc teſtandi quamuis poſtea petat notarium & ante eius aduẽtum moriatur, habetur illa voluntas pro perfecta reſpectu voluntatis & eſſet teſtamentum validum ſacramentale: veruntamen ſi primum petijt notariũ & poſtea protulit verba diſpoſitiua declaratoria ſuæ voluntatis, & antequã notarius accedat, moriatur, eſſet illa diſpoſitio imperfecta reſpectu voluntatis, ſicque nec fauore piæ cauſę, liberorum, aut militis valeret neque vt teſtamẽtum ſacramentale, & ſubiungit in dubio diſpoſitionẽ huiusmodi teſtatoris ante aduentũ & rogatum notarij factam habendam eſſe tãquam imperfectam reſpectu voluntatis, niſi vbi teſtamentum eſſet ſcriptum vel ſubſcriptũ manu teſtatoris.

Cõtrouerſia eſt inter DD. an teſtamentum nuncupatiuum ſeu in ſcriptis, ſi ſolemnitates deficiant, poſsit ad ſacramentale redigi. negat Gãma *deciſ.* 62. *num.* 9. *cum ſeqq.* 36

affirmant

aſſirmant vero Mantica *de coniectur. vlti. volunt. lib. 1. tit. 6. num. 7.* Spino *in ſpecul. teſta. in gloſ. rubric. par. 2. num. 34.* & ita ſentire videtur noſter Cãcer. *d. cap. 4. num. 98.*

37 Demum vt materia huius §. liqueat, exponendum duxi priuilegium noſtri cap. 48. de quo agimus, in quo differat a iure communi ſeu quid plus tribuat quam ius com-
38 mune. Et dico de iure communi duplex eſſe teſtamentum ſcilicet alterum nuncupatium & alterum in ſcriptis, vt obſeruant DD. *in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupatiuum C. de teſtamen.* quid vnũquodque ſit, & cuiuſque requſita bene docet Spino *in ſpec. teſtam. in gloſ. rubric. part. 2. n. 28. & 29. & gloſ. 31. principali num. 33. & num. 20. cum ſeqq.* & Stephan. Gratian. *diſ.*
39 *forenſ. tom. 5. cap. 973.* Teſtamentum nuncupatiuum fit à teſtatore coram teſtibus requiſitis, & tabellione, declarata manifeſtè coram omnibus voluntate teſtantis, quod vulgari ſermone in Regno Caſtellæ appellatur *teſtamento abierto.* At vero teſtamentum in ſcriptis fit à teſtatore explicata volũtate ſua ſcriptum manu ſua vel alterius, quod ſic clauſum tradit tabellioni coram teſtibus requiſitis, & inſuper ſeptem ſubſcriptiones teſtium & ipſius teſtatoris apponuntur, & vocatur in dicto Regno *teſtamento cerrado.* Quia teſtes nihil ex contentis in eo intelligunt nec ſciunt neque ipſe tabellio. Sed quia teſta- 40
mentum nuncupatiuum de ſui eſsẽtia nõ requirit ſcripturam, vt ex communi ſententia reſoluit Spino *vbi ſupra d. part. 2. num. 29.* vbi ſubdit ſcripturam in teſtamento non eſſe ex natura actus, ſed ex accidenti, & ſic ex volũtate teſtatoris volentis ſuã voluntatem in ſcriptis redigi, quemadmodum & reliqui actus qui celebrãtur inter viuos, in ſcriptis conſtituuntur potius ex voluntate contrahentium, quam ex natura ipſorum actuum qui ſcripturam non deſiderãt, vt *in princip. Inſtit. de empti. & vendit.* eſt enim ſcriptura tam in te- 41
ſtamentis quam in reliquis contractibus ex accidentalibus,

bus, quæ poſſunt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt tenet *gloſ. in d. princip. inſt. de empt. & vend.* quam eſſe communiter approbatam teſtatur relati per
42 eundẽ Spino *vbi ſupra d. part. 2. num.* 30. ideo per teſtamentum nuncupatiuum non excluditur ſacramẽtale, ſed teſtamentum ſacramentale eſt ſpecies nuncupatiui, ſicque mirum non eſt quod dicat Cancerius *in d. cap. 4. nu.* 72. teſtamentum ſacramẽtale innumeris ſententijs fuiſſe appellatum *nuncupatiuum*, & eſt de iure communi notum & validum, ſi eſsẽtialibus requiſitis non deficiat, Mantica *de coniectur. vlt. voluntat. lib.* 1. *tit.* 4. Stephan. Gratian. *diſcepta. forenſ. cap.* 550. *vol.* 3. *C. Fabri. lib.* 6. *tit.* 22. *de fideicom-*
43 *miſ. defin.* 15. Veruntamen teſtamentum ſacramentale noſtri priuilegij *del Recognoverũt.* eſt magis priuilegiatum, quia receptum eſt vt in multis iuri communi deroget, quod ſignificauit Cancer. *in*
44 *d. cap.* 4. *num.* 73. ideoque ſupra oſtẽdimus per illud priuilegium rem eſſe redactam ad ius gentium, & relaxari omnes ſolemnitates iuris ciuilis, neque rogitum teſtium eſſe neceſſarium.

EX §. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Saluuſconductus deferentiũ victualia ad Ciuitatẽ Barcinonę ex priuilegijs Petri Secundi.*

2 *Alius eorundem ſaluuſconductus ex priuilegio Petri Tertij.*

3 *Securitas a Conſtantino Imperatore conceſſa nauicularijs annonam ad aliquẽ populum tranſuehentibus.*

4 *Nauicularij victualia transferentes, onera Reipublicæ ſubire non tenentur.*

5 *Mercatorum domus ab onere hoſpitandi milites, eximuntur.*

6 *Obſeruantia priuilegiorũ victualium Barcinonæ ex pluribus regijs deciſionibus.*

7 *Doctores qui agunt de priuilegijs victualium Ciuitatis Barcinonæ.*

8 *Syn-*

Digitized by Google

8 *Syndici Ciuitatis Barcinonæ ſolo verbo creditur in curia Vicarij eiuſdem, aſſerendo aliquem victualia deferre ad ipſam Ciuitatem.*

9 *Seruus gaudet guidatico victualium Ciuitatis Barcinonæ ex regia deciſione.*

10 *Priuilegia Locorum ſpecialia ignorari poſſunt: non tamen ſi ſint clauſa in corpore iuris.*

11 *Priuilegium Petri Tertij de deferẽtibus victualia ad Ciuitatem Barcinonæ declaratur ex Iacobo Marquilles.*

12 *Priuilegia guidatici victualium Barcinonæ procedunt etiam in debitis iuratis & cum clauſulis guarentigijs, & cum renunciatione omniũ gratiarum & priuilegiorum.*

13 *Et an in cenſualibus & violarijs.*

14 *Priuilegia guidatici victualium Barcinonæ an obtineãt in debitore ſuſpecto de fuga. Diſpoſitio l. 1. C. de nundi. an procedat in debitore ſuſpecto de fuga. ibid.*

15 *Priuilegia guidatici victualium Barcinonæ an Eccleſiaſticæ quoque Poteſtates ſeruent.*

16 *Et qua ratione.*

17 *Ædilis Barcinonæ an cognoſcat de cauſis clericorum circa concernentia ſuum officium.*

18 *Edicta Principis ſecularis reprobantia arma proditoria & pacis publicæ perturbatiua an ligent clericos.*

19 *Clerici in concernentibus politicam temporalem eundem cum laicis habent Rectorem Principem ſecularem, cuius legibus gubernantur.*

20 *Clerici tenẽtur ſeruare ſtatuta ſecularia moderantia pretia rerum, & contrauenjendo mortaliter peccant.*

21 *Clerici quando tenentur ſeruare ſtatuta ſecularia, obligantur ex vi rationis naturalis, & contrafaciendo puniuntur per ſuos Iudices Eccleſiaſticos, neque pœna ipſorum ſtatutorum.*

22 *Guidatico victualium Barcinonæ gaudent infideles, hoſtes, fures, alijq. facinoroſi, & an latrones publici, & monetæ falſæ fabricatores, & alij qui per iura patriæ guidari prohibentur.*

23 *Et an inimici Domini Regis, & quid ſi fuerint rebelles.*

24 *Et an qui contra Ciuitatem*

Barcinonæ deliquerunt.

25 Et an qui poſt guidaticũ delictum perpetrarunt.

26 Saluuſconductus an ad futura delicta extendatur.

27 Saluuſconductus pręſumitur animo delinquendi petitus, quando paulo poſt quis delinquit.

28 Saluuſconductus victualium Barcinonæ non ſuffragatur, ſi probetur reorum fraus. vbi deciſio.

29 Securitas non iuuat ſi dolo impetrata ſit, vel cum quis illa abutitur.

30 Guidaticum non prodeſt debitori poſt executionem inceptam vel habitam notitiã petitæ ſecuritatis iudicij contra eum.

31 Guidaticum victualium Barcinonæ an proſit tradito manuleutæ & relaxato a carceribus cum fideiuſſoribus & cautione de ſe repreſentando.

Captus an dicatur traditus manuleutæ & relaxatus a carcere cum fideiuſſoribus & cautione de ſe repreſentãdo. ibid.

32 Guidaticum victualium Barcinonę an locum habeat ſi nauis vi větorum præter mercatorum intentionem ad orã Ciuitatis proiecta fuit, & num. 35.

33 Gabella non debetur, ſi nauis vi ventorũ, vel fugiens propter piratas de vno territorio in aliud ad portum venit.

34 Pœna non committitur, ſi nauis vi fortunę in portum prohibitum venit.

36 Priuilegia ſaluiconductus victualium Barcinonæ an ſint fauorabilia vel odioſa.

37 Fauorabile probatur ex principali ratione concedentiũ vel ſtatuentium priuilegium vel ſtatutum.

38 Saluiconductus victualium appellantur potius beneficia quam priuilegia.

39 Et late ſunt interpretandi.

40 Guidatus guidatico victualium Barcinonæ tempore citationis non tenetur comparere.

41 Priuilegium Ciuitatis Barcinonæ vulgo dictum, vi vel gratis.

42 Et ſententia regia illud confirmans, & qualiter hęc obſeruentur, & declarentur ex deciſione Regię Audiẽtię.

43 Penuria annonæ exiſtente in

in Ciuitate, licet citra ſpeciale priuilegium apprehenſiones facere frumentorum.

§. XVI.

Ciuitas Barcinona pro ciuium victu debitoribus & delinquentibus tribuit ſecuritatem & cogit omnes.

1 REX Petrus Tertius ſuis priuilegijs Ciuitati Barcinonæ conceſsis, altero 8. Chalendas Iunij 1337. & altero 6. Martij 1375. quæ *in 2. volum. conſtitution. Cathaloniæ lib. 2. tit. 17. de guiatges.* quaſi iura Patriæ, non minus quam totius Principatus Cathaloniæ inuiolabiliter obſeruanda leguntur, cupiens in magnum præfatæ Ciuitatis fauorem omnes allicere ad traducẽdum in eam a toto terrarum orbe victualia, pleniſſimam ſub Regia fide induliſit ſecuritatem & ſaluumcõductum omnibus, etiam exteris ſiue delinquentibus ſiue debitoribus & inimicis quoque Regiæ, imo etiam Diuinæ Maieſtatis & infidelibus & illarum perſonis, mercibus, rebus, & nauibus, lignis, vel armentis, aut animalibus, qui frumenta vel alia quæcũque victualia per terram vel per mare ad Ciuitatẽ iã dictã appellerent, ita vt nec capi nec publicari ſeu confiſcari vel etiã detineri aut quacunque iniuria ſeu moleſtia affici vlla ratione vel cauſa poſsẽt, & cum his etiam inimici Domini Regis actu cõtra eum bellum gerentes, victualia tamen ad Ciuitatem Barcinonæ tranſuehẽtes ponũntur ſub fide, protectione, & ſaluaguardia Regia, ac ſi eſſent veri Naturales & vaſſali ſui in eadem Ciuitate populati.

His priuilegijs Rex Petrus Tertius auxit aliud priuilegium anteceſſoris ſui Petri Secundi eidem Ciuitati conceſſũ 3. Idus Ianuarij 1283. 2

Barcinonæ deliquerunt.
25 *Et an qui poſt guidaticũ delictum perpetrarunt.*
26 *Saluuſconductus an ad futura delicta extendatur.*
27 *Saluuſconductus preſumitur animo delinquendi petitus, quando paulo poſt quis delinquit.*
28 *Saluuſconductus victualium Barcinonæ non ſuffragatur, ſi probetur reorum fraus. vbi deciſio.*
29 *Securitas non iuuat ſi dolo impetrata ſit, vel cum quis illa abutitur.*
30 *Guidaticum non prodeſt debitori poſt executionem inceptam vel habitam notitiã petitæ ſecuritatis iudicij contra eum.*
31 *Guidaticum victualium Barcinonæ an proſit tradito manuleutæ & relaxato a carceribus cum fideiuſſoribus & cautione de ſe repreſentando.*
Captus an dicatur traditus manuleutæ & relaxatus a carcere cum fideiuſſoribus & cautione de ſe repreſentãdo. ibid.
32 *Guidaticum victualium Barcinonę an locum habeat ſi nauis vi vẽtorum præter mercatorum intentionem ad orã Ciuitatis proiecta fuit, & num. 35.*
33 *Gabella non debetur, ſi nauis vi ventorũ, vel fugiens propter piratas de vno territorio in aliud ad portum venit.*
34 *Pœna non committitur, ſi nauis vi fortunę in portum prohibitum venit.*
36 *Priuilegia ſaluiconductus victualium Barcinonæ an ſint fauorabilia vel odioſa.*
37 *Fauorabile probatur ex principali ratione concedentiũ vel ſtatuentium priuilegium vel ſtatutum.*
38 *Saluiconductus victualium appellantur potius beneficia quam priuilegia.*
39 *Et late ſunt interpretandi.*
40 *Guidatus guidatico victualium Barcinonæ tempore citationis non tenetur comparere.*
41 *Priuilegium Ciuitatis Barcinonæ vulgo dictum,* vi vel gratis.
42 Et ſententia regia illud confirmans, & qualiter hęc obſeruentur, & declarentur ex deciſione Regię Audiẽtię.
43 *Penuria annonæ exiſtente in*

in Ciuitate; licet citra ſpeciale priuilegium apprehenſiones facere frumentorum.

§. XVI.

Ciuitas Barcinonæ pro ciuium victu debitoribus & delinquentibus tribuit ſecuritatem & cogit omnes.

1 REX Petrus Tertius ſuis priuilegijs Ciuitati Barcinonæ conceſsis, altero 8. Chalendas Iunij 1337. & altero 6. Martij 1375. quæ *in 2. volum. conſtitution. Cathaloniæ lib. 2. tit. 17. de gulatges.* quaſi iura Patriæ, non minus quam totius Principatus Cathaloniæ inuiolabiliter obſeruanda leguntur, cupiens in magnum præfatæ Ciuitatis fauorem omnes allicere ad traducẽdum in eam a toto terrarum orbe victualia, pleniſſimam ſub Regia fide indulſit ſecuritatem & ſaluumcõductum omnibus, etiam exteris ſiue delinquentibus ſiue debitoribus & inimicis quoque Regiæ, imo etiam Diuinæ Maieſtatis & infidelibus & illarum perſonis, mercibus, rebus, & nauibus, lignis, vel armentis, aut animalibus, qui frumenta vel alia quæcũque victualia per terram vel per mare ad Ciuitatẽ iã dictã appellerent, ita vt nec capi nec publicari ſeu confiſcari vel etiã detineri aut quacunque iniuria ſeu moleſtia affici vlla ratione vel cauſa poſsẽt, & cum his etiam inimici Domini Regis actu cõtra eum bellum gerentes, victualia tamen ad Ciuitatem Barcinonæ tranſuehẽtes ponuntur ſub fide, protectione, & ſaluaguardia Regia, ac ſi eſſent veri Naturales & vaſſali ſui in eadem Ciuitate populati.

His priuilegijs Rex Petrus Tertius auxit aliud priuilegium anteceſſoris ſui Petri Secundi eidem Ciuitati conceſsũ 3. Idus Ianuarij 1283. 2

vulgo dictum *Recognouerunt Proceres*.ſitum *in 2. Vol. conſtitution.tit.de las conſuetuts de Barcelona*.vbi *ſub cap.13*. Rex Petrus Secundus, quod iam ex antiqua cõſuetudine Barcinonæ receptum erat, confirmat, ne victualia quæ ad prędictam Ciuitatem ducuntur nec pretium de ipſis habitum,nec mercimonia inde empta,neque ligna vel iumẽta quibus dicta victualia afferũtur, pignorẽtur vel retineantur, niſi in contractibus Barcinonæ celebratis.

3 Extendit quoque legẽCõſtãtini Imperatoris quæ eſt 1. *de naaicularijs li.11.C*.per quã nauicularij ſeu naucleri annonarias ſpecies transferentes plena ad eundũ & redeũdũ ſecuritate potiuntur.Hæc tamen ſecuritas a violentia & iniuria tantum eſt, vt explicat Gloſ.*ibi in verb.ſecuritate*. Sũt enim in iure huiuſ-

4 modi nauicularij ſeu magiſtri nauiũ victualia ad aliquẽ populũ tranſportantes valde fauorabiles ita vt onera Reipublicæ ſubire minime teneantur *l.3.§.negotiatores ff.de iure immun.l.1.& tot.tit.C. de nauicular.lib.11*. C. & ob eam rationem domus mercatorũ ab onere hoſpitandi milites eximuntur *l.pen.& l. in qualibet C.de merc. lib.* 12. notat Ioan.de Heuia Bolaño *in labyrint.cõmerc.lib.3.c.4.n.60*.

Præcitata priuilegia vic- 65
tualium Barcinonæ ſunt in viridi obſeruantia & pro eis ſœpius noſtri Regij Senatores ſententias pronunciarunt,ac ſignanter 26. Aprilis 1602. in fauorem Philippi Fornier vouentibus Fontanet, Salba, & Seniuſt,& 11.Maij 1611. in fauorẽ Lucæ Fabiani referẽte Ioan.Magarola,& an.1632. in fauorẽ Iuliani Larnech vouentibus Aſtor & Guerau,in qua vltima cauſa pro Syndico Ciuitatis patrociniũ præſtiti & iuris allegationes edidi,& in omnibus iſtis cauſis Syndicus Ciuitatis (vt ſemper ſolet) ſe oppoſuit, & ſimul in eius fauorem prodierunt ſententiæ.Alias proCiuitate ſententias & varios caſus in terminis eorundẽ pri- 7
uilegiorum deciſos referunt & fusè de ipſis priuilegijs diſerunt Iacobus Marquil. *in cõmentarijs ad d. priuilegiũ del Recognouerũt d.cap.13*.Micha. Ferr.*3.p.obſer.a cap.364.cũ 6. ſeq.*

Digitized by Google

*ſequen.& p.1. de obſeruãtia gener. Gubernat. Viceregi. cap.*57. IoſephusRamoni. *conſ.* 11.& 12. Petr. Fontanell. *tom.*1. *deciſ.*233.& *deciſ.*297. D. Acaſi. de Ripoll *variar. reſolut. cap. vlti. de executio. cenſuali. a nu.* 191. *vſq. ad num.*197.

8 Imo adeo prædictorũ priuilegiorum obſeruantia viget,& tanta eſt, quod in curia Vicarij Barcinonæ ſi bonis alicuius deferẽtis victualia ad ipſam, empara inſtante aliquo creditore fiat, ſolo verbo Syndici eiuſdem Ciuitatis abſque teſtibus vel alia probatione comparentis in curia & verbo tenus aſſerentis debitorem adducere victualia ad eãdem Ciuitatem, cancellari ſolet ſtatim empara,& hæc praxis eſt.

9 Tanti fuit ſemper habita horum priuilegiorum obſeruantia quod in libris regiarum concluſionum inuenio quãdam factam 5. Iulij 1488. qua fuit concluſum in Regio Concilio guidaticum victualiũ Barcinonæ prodeſſe etiã ſeruo venienti cum quadam triremi, quæ victualia deferebat ad eandem Ciuitatem: nã quia ſeruus veniebat pro ſeruitio dictæ triremis, ei guidaticũ ſuffragari declaratur, & ideo cõcluditur, quod relaxetur à carceribus, in quibus coniectus fuerat. 10

Cũ hæc priuilegia in corpore iuris Municipalis clauſa ſint, a nemine ignorari poſſunt: quia quamuis ſpecialia Locorum priuilegia ignorari valeant *cap.2. de conſtitutio. lib.6.* fallit tamen in priuilegijs, que in corpore iuris poſita ſunt, vt notat Geminia. *in eod. cap.2. num.*12. Deci. *in l. regula num.*44. *ff. de reg. iur.* Thom. Mier. *in conſtitut. Hac noſtra tit. diſſolt lo matrimoni num.*9.& 10. nam tunc ſicut legis ignorantia non excuſat *l. leges ſacratiſsimæ ff. de legib.* ita neque priuilegiorum. 11

Marquilles ſupra citatus *in d. cap.*13. *del Recognouerunt.* declarat illa verba eiuſdem capitis ibi, *niſi in contractibus Barcinonę celebratis.* quod priuilegium non habet locum in contractibus Barcinonæ celebratis ſcilicet per illos qui ipſa victualia Barcinonã deferunt: ſecus ſi per alios. Vnde ſi huiuſmodi deferentes victualia, dum Barcinonę negociantur, aliquem cõtractum

ctum ineant, in hoc non ob-
tinet priuilegium: Declarat
inſuper illa verba quæ nimis
confuſè in eodem *capite 13.*
appoſita videntur ibi, *pro de-
bito alieno,* & infra, *tam pro
alienis debitis quam proprijs*, nā
quicquid alij dixerint, intel-
ligit hoc priuilegium in om-
nibus dictis ſuis indiſtinctè
nec pro debitis proprijs nec
pro alienis emparam de qua
agitur, fieri poſſe.

12 Priuilegia guidatici vic-
tualium Barcinonę procedūt
etiam in debitis iuratis, &
cum clauſulis guarentigijs &
(vt nos loquimur) ſcripturæ
tertij roboratis, imo etiam
non obſtantibus quibuſcun-
que renūtiationibus, quę per
debitorē in inſtrumento de-
biti fiant omnibus gratijs &
priuilegijs, ſaltem ſi Syndi-
cus Ciuitatis Barcinonæ pro
guidatico ſe opponat, cū di-
cta priuilegia Ciuitati con-
ceſſa ſint, vt aſſerūt & de ob-
ſeruantia teſtantur, quicquid
de iure communi in ſimili-
bus guidaticis his caſibus te-
nendum ſit, Ioſeph. Ramon.
conſ.11.num.30.cum ſeqq. Petr.
Fontanell.*tom.1.deciſ.233. nu.
20. & ſeqq. & deciſ.297.a nu.
6.vſq.ad nu.15.* & antea Tho.
Mieres *part.1.collatio.6.tit. de* 13
elongaments num.3. & an quo-
que idem ſit de cenſualibus
& violarijs in Cathalonia at-
tingunt Ramon.*d.conſ.11.nu.
33.* D. Acaſi.de Ripoll *var.re-
ſol.cap.fin.nu.191.*

Magna controuerſia eſt an 14
eadem priuilegia victualium
Barcinonæ locum habeant
in debitore ſuſpecto de fuga,
& obtinuit locum habere, vt
deciſum referunt & late diſ-
putant Ioſeph. Ramon.*d.con.
11.nu.5.8.23.* & *24.* & *d.conſ.
12.num.19.20.29.* & *30.* vbi
in calce Concilij regiā pro-
uiſionem recitat, Petr. Fon-
tanell.*d.deciſ.233.a nu.8.vſq.
ad nu.16.* vbi de veritate hu-
ius opinionis dubitat nixus
doctrinæ Angeli tenētis diſ-
poſitionem *l.1.C.de nundi.* nō
procedere in debitore ſuſpe-
cto de fuga, quem multi ſe-
quuntur ab eodem Fontane-
lla *d.deciſ.233.num.32.* & Ra-
mon.*conſ.12. num. 29.* relati,
quibus adde Baptiſt. Palom-
ba *de regimine officialium re-
gula 7.num.40.*

Eccleſiaſticæ quoque Po- 15
teſtates

Digitized by Google

teſtates obſeruāt prefata priuilegia victualium Barcinonę, quicquid dubitet doctiſſimus Petrus Fontanell. *deci. 297. num. 16.* quem remitto ad Iacobum Marquilles *in Vſatic. quoniam per iniquum num. 2.* vbi notat quod in Cathalonia guidatica Domini Regis non ſolum laici ſubditi, ſed etiam Eccleſia ſeruare habent, & videmus ſœpe hęreticæ prauitatis Inquiſitores, alioquin in cauſis fidei integerrimos & in puniendis, & vndique inquirendis hæreticis, tanquam Chriſtianę Reipublicę hoſtibus acerrimos, eis tamen ad oram ſeu portum Barcinonis cum victualibus venientibus aut remeantibus ſaluumcōductum prędictorū priuilegiorū Bar-
16 cinonę cuſtodire. Ratio deſumetur ex bono cōmuni & publica vtilitate Reipublicę, cōducūt tradita per Micha Fer-
17 rer *3. p. obſer. c. 233. & 234.* vbi de cognitione Ædilis Ciuitatis Barcinonæ circa concernentia ſuum officium in cau-
18 ſis etiam clericorū, Peguer. *deciſ. 56.* vbi an edicta Principis ſecularis reprobantia arma proditoria & pacis publicæ perturbatiua ligēt clericos. Iuuat doctrina Patris 19
Molina de *iuſti. & iur. diſputatio 31. concluſio 6.* Dominici Soto *lib. 1. de iuſti. & iur. quæſt. 6. art. 2.* & Iacobi Menochij *conſ. 100.* dicentium quod Principi ſeculari eſt demandata a Deo in temporalibus cura populorum, & quod laici & clerici in concernentibus politicam temporalem eundem habēt Rectorem Principem ſecularē, cuius legibus gubernantur. Similiter Soto *in 4. ſententi. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2.* Nauar. in 20
Manual. *cap. 23. num. 88.* Vincen. de Franchis *deciſ. 9.* aſſerunt clericos teneri ſeruare ſtatuta ſecularia moderantia pretia rerum & mortaliter peccare cōtrauenientes, quia clerici dicuntur ciues & veniunt appellatione ciuium. Subijcit tamen Ignatius Salzed. *in praxi* Bernardi Diez *cap. 57.* non eſſe intelligendū 21
clericos teneri ad obſeruantiam ſimilium legum ſeu ſtatutorum quatenus lata ſunt per ſecularē Poteſtatem, ſed ex vi rationis naturalis ſuper qua

Digitized by Google

qua fundantur,& ſic mortaliter peccare & eſſe puniendos per ſuos IudicesEccleſiaſticos,non tamen pæna ipſarum legum ſeu ſtatutorum, cũ dicta ratio naturalis, qua ſunt obnoxij,non magis vnã quam alteram pœnam transgreſſoribus infligat.

22 Infideles, hoſtes, fures, aliosque facinoroſos homines priuilegijs ſecuritatis & guidatici victualium Barcinonę contineri deciſum nõ ſemel in Regio Senatu ſuiſſe memorat Ramon.*conſ*.11.*num*.8. qui tamen *conſ*.54. *nu*.15. notat pluribus ſententijs fuiſſe in Regia Audientia pronunciatum non compræhẽdi latrones publicos, & monetæ falſæ fabricatores, aliosque qui per Patriæ iura guidari prohibiti ſunt:quia hæc priuilegia in caſibus non ſpecialiter exceptis intelligi debẽt.

23 Sed & ego audiui quod licet expreſsè loquantur de inimicis Domini Regis, fuit quoque deciſum in Regio Concilio non complecti rebelles,quaſi intelligantur de ſimpliciter inimicis,non vero de rebellibus, de quorum odio iura proclamant. Nec 24 veniunt ſub eorundem priuilegiorum ſecuritate & ſaluo conductu qui contra Ciuitatem Barcinonæ, cui illa conceſſa fuere,deliquerunt,ſi Syndicus ipſiusCiuitatis pro delicti punitione inſtet, vt tradit Ferrer *3.part.obſer.cap.* 368.vbi etiam quid ſi Syndicus non inſtet contra prædictum delinquentem,vel ſupplicet pro illo,& eſt optimo argumẽto tex. *in c.fin.de immun.Eccleſ.cap.in audientia de ſenten.excom. cap. quia fruſtra de vſur.*Surd. *conſ*. 37. *num*.3.

Non etiam hoc guidatico vi- 25 ctualium gaudet,qui poſt ipſum guidaticum delictũ aliquod perpetrauit,vt reperio concluſum in Regia Audiẽtia 2. Iunij anno 1523. Nam 26 ſaluusconductus ad futura delicta non extenditur, vt multis probat Farinac.*de carcerib. & carcerat.q.* 29. Vincen.de Franchis *deci*.258.qui tamen declarat quando delictum eſt graue, ſecus ſi leue ſit. Cabed. *deciſ. 90. num.* 2.

Præſumitur autẽ animo de- 27 linquendi ſaluum conductũ petitũ,quando paulo poſt illum

lum impetratum quis delin-
quit, Menoch. *de arbitrar. caſu*
337. *num.* 15. Farinac. *d. quæſt.*
29. *num.* 61.

28 Inſuper ſaluuſcōductus vi-
ctualium Barcinonæ debito-
ribus non ſuffragatur ſi pro-
betur eorum fraus, ſicque 22.
Nouemb. 1513. in facto Ioan-
nis Trullols contra Mathiam
Ioan facto verbo per Orrit in
Regio Senatu fuit cōcluſum
attento dictus Trullols in-
ſtante dicto Ioan fuerat con-
uentus in Regia Audientia
& pēdebat in ea lis indeciſa
currente termino ad probā-
dum partibus, quo durante
idem Trullols ingreſſus fuit
Ciuitatem Barcinonæ cum
tribus quartanis ordei pro
aſſerto guidatico victualium
cauſa potius litigandi cum
ipſo Mathia Ioan, quam ip-
ſam Ciuitatem prouidendi,
nec cauſa vendendi illud or-
deum, ſed fraudādi ſuos cre-
ditores, ideo guidaticum de
quo agitur, non ſuffragari
ipſi Trullols, ſed eſſe proce-
dendum in cauſa, qua per di-
ctum Ioan conuentus fuit,
ſeruatis conſtitutionibus ſu-
per detentione perſonę eiuſ-
dem Trullols. Non enim iu- 29
uat ſecuritas dolō impetrata
vel cum quis eius priuilegio
abutitur, Menoch. *de arbitrar.*
caſu 337. *num.* 14. Surd. *deciſ.*
307. Paul. Bellon. *de poteſt. co.*
quæ ſi. incontinenti. lib. 2. *cap.*
10. *num.* 4. Sic poſt executio- 30
nem inceptam vel habitam
notitiā petitæ ſecuritatis iu-
dicij contra eum, nō prodeſt
debitori guidaticum, quia di-
citur in fraudem exequutio-
nis, Ferrer 3. *part. obſer. cap.*
364. 365. 369. & 377. Idem
Ferrer. *ca.* 366. ſcribit an tra- 31
dito manuleutę & relaxato a
carceribus cum fideiuſſori-
bus & cautione de ſe repre-
ſentando proſit prædictum
guidaticum victualium Bar-
cinonæ, hanc tamen Ferrerij
obſeruantiam in controuer-
ſiam deducit Ramon. *conſ.* 54.
in fin. impugnat enim tā hoc
loco quam *conſ.* 53. *num.* 16. &
ſeqq. quod talis traditus ma-
nuleutæ & relaxatus a car-
cere cū fideiuſſoribus & cau-
tione de ſe repręſentando di-
catur captus, quo fundamen-
to Ferrerius contra reum in
cauſa guidatici prædicti con-
cludit.

31 Sed quid ſi nauis onuſta mercibus & victualibus vi ventorũ & fortuna duce prę- ter mercatorum animum ad orã Barcinonæ proiecta fue- rit, nunquid gaudebunt ſecu- ritate & guidatico priuile- giorum? Prima facie non vi- dentur frui, cum hæc nauis per inde cenſeatur ac ſi dela-
33 ta non fuerit, ideoque nõ te- netur ad gabellam, ſicut & quæ aufugit de vno territo- rio ad aliud propter piratas, Bart. *in l. 1. C. de naufrag.* Bap- tiſt. Palomba *de regimine offi-*
34 *ciali. reg. 7. num. 2.* & quæ vi fortunæ in portum prohibi- tum deuenit, pœnam prohi- bitionis euadit, Suarez *allega- tio. 18. num. 3.* Bouadill. *in po- litic. tom. 2. lib. 4. cap. 5. nu. 39.*
35 *ante fin.* Sed ſi mutato conſi- lia mercatores merces & vi- ctualia exonerent in portu vt veneant in Ciuitate, cur non vtentur guidatico? cum in ea cauſa ſit nauis ac ſi ab initio eò deſtinata eſſet, argu- mento tex. *in l. fin. §. ſin autem auaritiæ. C. commun. de legat.* maximè quia vt ſaluuſcondu- ctus proſit, principaliter pẽ- ditur commoditas & vtilitas Ciuitatis & eius ciuium & quod venditis mercibus & victualibus abundent. & cau- ſa finalis attendi debet *l. fin. ff. de hæred. inſtit.*

Hinc in dubium venire 36
poteſt an præfata priuilegia ſaluiconductus victualiũ Bar- cinonæ ſint fauorabilia vel odioſa, ideoque late vel ſtri- cte interpretanda. Et tenen- dum eſt fauorabilia cenſenda eſſe, cum principaliter fauo- rem Reipublicę reſpiciant, & vbertatem & copiam anno- næ, fructuum, & victualium Ciuitatis attendãt, Alderan. Maſcard. *de gener. interpr. ſta- tut. concluſ. 4. num. 141. & 148.* Decian. *reſponſ. 38. num. 6. lib. 2. & reſponſ. 30. num. 13. vol. 3.* quoniam ex principali ratio- 37
ne ſtatuentium probatur fa- uorabile priuilegium vel ſta- tutum, Roman. *conſ. 4. nu. 7. & conſ. 328. nu. 2.* Pariſi. *conſ. 83. num. 4. lib. 3.* & quia huiuſ- 38
modi ſaluiconductus benefi- cia potius quam priuilegia Principis appellantur, vt de- clarat Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 336. n. 24. & 25.* Caſtrẽſ. *conſ. 422. lib. 1.* Farinac. *de car- cere. q. 29. n. 52.* Ioſeph. Ramõ. *conſ.*

39 *conſ.11.num.*17. & in materia ſaluiconductus cōceſsionem latè eſſe interpretandam docēt complures relati per Farinac.*d.quæſt.*29.*nu.*39.& per Ramon.*d.conſ.11.num.*18.

40 Illud inuenio regijs ſentētijs definitum quod guidatus guidatico victualium Barcinonæ tempore citationis nō tenetur comparere, vt cernere eſt in concluſione Regij Senatus facta 17. Iunij 1514. & iterū 12. April. 1528. in facto Annæ Flacana contra Hieronymum Caldes, & die 31.Maij 1521.quod huiuſmodi guidatus non tenetur comparere in cauſis pro pace & treuga fracti[illegible]

41 Non m[illegible] ali[illegible] [illegible]uitum diſsimile eſt [illegible]u inſigne regium priuilegium, quo Ciuitas Barcinonæ potitur omnibus notiſsimum populis & vulgo nuncupatum *Priuilegium vi vel gratis.* Nam sereniſsimus Rex Petrus ſuo priuilegio dat. Barcinonæ 3. Auguſti 1364. vt hæc florentiſsima Ciuitas omni genere victus vberrima abundaret, conceſſit eidem vt in ea vi vel gratis omnia grana & victualia exonerari facere poſſet pro vt erat antea fieri aſſuetum: ſicque detinere & compellere naues per mare,& iumenta per terram frumento & alijs victualibus onuſta tranſeūtia, provt detinet & compellit.

Id ipſum Ciuitatis ius confirmatum extat quadam regia ſententia eiuſdem Regis Petri lata 6.Aprilis 1374. & pro iſto priuilegio ſœpius Regius Senatus pronunciauit, atque ſignāter reperi cōcluſionem in eo factam [illegible] Auguſti 1505.qua [illegible] te Ioann[illegible] [illegible] [illegible]referen[illegible] [illegible] Llonch ſuper facto cuiuſdam mercatoris Florentini & Conſiliariorum Barcinonę fuit cōcluſum & deliberatū benè & legitimè fuiſſe frumentum dicti Florentini per dictos Cōſiliarios in vim regij priuilegij Regis Petri Ciuitatis Barcinonæ conceſsi 3.die Auguſti 1364. & in vim regiæ ſententiæ eiuſdem Regis latę Barcinonæ 6. Aprilis 1374. exonuſtum in plagia maris prædictæ Ciuitatis, & quod dicti Conſiliarij non fuerunt nec ſūt obnoxij nec obligati ſol- 42

Digitized by Google

uere dicto Florentino pretiũ ipſius frumẽti, neque alia dãna per eũ prætenſa & petita.

43 Ad vtendum hoc priuilegio non eſt neceſſe probare penuriam victualium : nam ea exiſtente alijs quoque Ciuitatibus & Oppidis ſimilia facere liceret ; Vnde 4. Ianuarij 1526. fuit facta cõcluſio Regij Concilij per maiorem partem Senatorũ quod Vicarius & Iudex ac Iurati Ciuitatis Gerundæ potuerũt facere in Villa Sancti Felicis apprehentionem & exportationem frumenti attenta penuria & quia remanſit in dicta Villa competens ſumma frumenti & potuerunt procedere per breues terminos, attenta qualitate rei, in qua mora erat periculum allatura. Conducunt per me ipſum tradita *de offic. ind. & aduoc. part. 1. cap. 9. ex num. 200. cum ſeqq.* Marta *de iuriſdic. part. 4. centur. 1. caſu 2.* Bouadil. *in polit. tom. 2. lib. 3. ca. 4. nu. 66. & cap. 3. num. 14.* Auilez *in cap. Prætor. 17.* Gloſ. a razonables *num. 7. & ſeqq. & num. 26. & num. 14.* Mexia de pane *concluſio. 1. num. 3. & 5.*

EX §. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliarum ius Ciuitatis Barcinonæ.*

2 *Doctores qui de repreſalijs Ciuitatis Barcinonæ tractãt.*

3 *Sententia regia in confirmationem iuris repreſaliarum Ciuitatis Barcinonæ.*

4 *Praxis repreſaliarum Ciuitatis Barcinonæ.*

5 *Repreſaliæ Ciuitatis Barcinonæ conſuetudine, non iure communi defenduntur.*

6 *Repreſaliæ de iure communi per quem & quomodo fieri poſſunt.*

7 *Repreſaliæ locum non habent, donec ſupereſt Superior qui ius dicere valeat.*

8 *Repreſaliæ per eum dumtaxat poſſũt decerni per quem poteſt bellum indici & an ex leuioribus cauſis.*

9 *Ante repreſaliarum declarationẽ requiritur Curia Parlamenti Regni Franciæ ex deciſione Regiæ Audientiæ.*

10 *Ad repreſaliarum declarationem non ſufficit fatica iuſtitiæ*

Digitized by Google

ſtitię reperta in Iuſtitia Aragonum, quando Locumtenens Regis eſt præſens in Regno, ex deciſione Regiæ Audientiæ.

11 Ante repreſaliarum declarationem ſcribitur Regi Franciæ ex deciſione Regij Concilij & ſtilo Regiæ Audiētiæ.

12 Repreſaliæ concedūtur quādo non eſt tutus acceſſus ad Superiorem, & quando dicatur non eſſe tutus acceſſus.

13 Repreſalię conceduntur quādo nulla poteſt ſperari à Superiore iuſtitia.

14 Locus don Ludouici a Peguera notatus.

15 Doctores qui fallentias repreſaliarum notant.

16 Conſtitutiones Cathaloniæ aliter de marchis diſponunt quam iure communi conſtitutum eſt de repreſalijs.

17 Marcarum, & repreſaliarū eadem eſt ſignificatio, nec ſunt nomina Latina, ſed vulgaria Gallica.

18 Repreſaliæ quomodo latinè vocentur.

19 Marcarum Cathaloniæ requiſita.

20 Marchæ non poſſunt declarari inter duos Regios officiales, ex deciſione Regij Cōcilij.

21 Marca non obtinet nec exequi poteſt in perſonis niſi eorum qui in contractu ſe obligarūt, ex deciſione Regię Audientiæ.

22 Marcham qui male declarari facit, cōdemnatur in iniuria, damnis & expenſis, ex deciſione Regiæ Audientiæ, nec excuſatur quod proceſſit authoritate iudicis.

23 Iudicis authoritas an aliquē excuſet ab actione iniuriarum.

24 Ciuiliter quando agitur, non requiritur dolus ad condemnationem damnorum, nec cauſa iniuſta excuſat.

25 Repreſaliarum Barſinonæ exequutio an extēdatur vltra perſonas, & bona in ipſa Ciuitate reperta.

26 Conſuetudo tantum habet de potentia quātum de actu nec protēditur de caſu ad caſum nec de perſona ad perſonam nec de re ad rem.

27 Conſuetudo eſt probanda in eadem ſpecie & eiſdem qualitatibus concurrentibus.

28 Conſuetudo eſt actus practicus.

29 Re-

29 *Repreſaliæ Barcinonæ an poſſint fieri contra totum Comitatum ſi in aliquo eius Oppido ſit a ciue Barcinonę exactum vectigal.*

30 *Repreſaliæ Barcinonæ ſine fatica iuſtitiæ declarari dicuntur.*

31 *Repreſalię Barcinonę an fieri poſſint contra Vniuerſitatem & eius ſingulares, ſi a ciue Barcinonę non dicta Vniuerſitas, nec officialis ordinarius ipſius, ſed Baiulus patrimonÿ regÿ lezdam exegit.*

32 *In cauſis repreſaliarum & alÿs ſimilibus exequutiuis, ſi pars ante prouiſionem exequutionis compareat rationes deducendo an admittatur & procedatur inde auditis partibus. & quid ſi compareat poſt declarationem & cæptam exequutionem.*

33 *Aſſeſſor Ciuitatis Barcinonæ an in cauſis repreſaliarũ & alÿs in ſcriptis ſibi commiſſis teneatur verbum facere in Conſiſtorio Conſulum.*

34 *Repreſaliæ an poſſint declarari per Ciuitatem Barcinonæ in fauorẽ Oppidi de Tona quod ex regio priuilegio habetur pro vico eiuſdem Ciuitatis, & num. 41.*

35 *Ciuem eſſe & eſſe prociuem an idem ſit & an prociuis ſit verus ciuis.*

36 *Ciuis appellatione an veniat prociuis in his quæ ſunt ſtricti iuris.*

37 *Et an in materia ſtatutorum.*

38 *Priuilegia quæ conceduntur ad inſtar, nunquam tertio præiudicant.*

Talem eſſe & haberi pro tali an idem ſit. ibid.

39 *Repreſaliandi ius eſt exorbitans a iure communi, & vti conſuetudinarium Barcinonę cum vſu regulandum.*

40 *Repreſaliæ conceſſæ contra ciues Ciuitatis an comprehẽdant ſuburbia & comitatiuos ſeu habitantes in territorio.*

42 *A repreſaliarũ exequutione qui eximantur.*

43 *Repreſaliæ an poſſint exequi contra alienigenas Barcinonæ domiciliatos & cõtra clericos & eorum bona, ex regÿs deciſionibus.*

44 *Proceſſus ſoni emiſſi Ciuitatis Barcinonæ pro defenſione ſuorum ciuium & quomodo declaretur & exequatur.*

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

De repreſalijs & hoſte vicinali Ciuitatis Barcinonæ.

1 CVM ciues Barcinonæ ex diuerſis Regijs priuilegijs & præſertim ex priuilegio Regis Iacobi 18. Chalend. Ianuarij 1323. eidem Ciuitati conceſſo ſint a ſolutione quarumcunque gabellarum vectigalium & impoſitionũ per totam ditionem Domini Regis immunes & liberi, quæſiuit Ciuitas ex antiquiſsima cõſuetudine nõ nullis Regijs ſententijs comprobata ius egregium, quo ſi aliquis ciuis alicubi ſiue in Cathalonia ſiue extra eam contra priuilegiorum dictorum tenorẽ vectigal aliquod ſoluere compellatur, & Ciuitati conqueratur, ipſa id eſt ipſius Conſules ex prouiſione alterius ex ſuis Aſſeſſoribus ſine partis citatione pro recuperatione iurium indebite exactorum, damnorum, & expenſarum, & donec ciui ſatisfactum ſit, declarant & exequuntur repreſalias aduerſus perſonas & bona illorum, qui ſunt de Vniuerſitate Oppidi vel Ciuitatis, quæ ſeu cuius officialis & Poteſtas Regia vel Baronis ciuem prædictum ad impoſitionem ſoluendam coegit, licet ciuis ille copiam iudicis corã quo iudicialiter comparere & ius ſuum petere poſſet, haberet atque ſi male exacta cũ damnis & expẽſis non reſtituantur, ex pecunijs mercibus & rebus apprehẽſis & ipſarum vẽditione fit ſatisfactio. Fuſè 2
de hoc inſigni iure repreſaliarum Barcinonæ agunt Iacob. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 5. *de ſono emiſſo num.* 47. *cum.* 3. *ſeqq.* Petr. Fontanell. *de pact. nupti. tom.* 1. *clauſ.* 3. *glo.* 2. *num.* 9. *& ex nu.* 22. *vſq. ad* 72. Gabri. Berar. *de viſitatio.. cap.* 21. *num.* 19. Andræ. Boſch. *de titul. honorific. lib.* 4. *cap.* 3. §. 1. Bruniq. *in apologia cap.* 27. Quamobrem 21. Nouembris 3
1597.

1597. inter Gabrielem Hieronymum Real Inſulæ Maioricarum & Syndicum Ciuitatis Barcinonę referente Aſtor declarauit Regia Audiētia quod Conſules Barcinonæ ſunt in poſſeſsione faciēdi marcatū declarationes & pignorationes de bonis in Ciuitatē Barcinonæ repertis quæ ſint ciuiū & habitantiū in Ciuitatibus & Locis, in quibus cōtra tenorē Regiorū priuilegiorū dictæ Ciuitatis ciues Barcinonę cogūtur tallia, iura, & impoſitiones ſoluere.

Praxis harum repreſaliarum eſt quod ciuis Barcinonæ iter aliquod facturus ſi ſibi per Cathaloniam vel extra eam tranſeunti moleſtiā ſuper exactione vectigalium inferri timeat, accipit e domo Ciuitatis Barcinonę quādam, quam *franquiſiam* vocāt, & eſt fides quædam, quam Cōſules ipſius Ciuitatis omnibus officialibus, tam regijs quam Baronum, Iuratiſq. ſeu Conſulibus Vniuerſitatum, & alijs omnibus faciūt, quod ille eſt ciuis Barcinonę quodque ciues Barcinonæ ex regijs priuilegijs ſunt ab omni vectigali & impoſitione per terram Domini Regis exempti, vbi in eadem fide inſeritur totus tenor præcitati priuilegij Regis Iacobi. profectus iſte ciuis, ſi alicubi ab eo gabella ſeu vectigal exigatur, oſtenſa franquiſia requirit officialem Loci & exactorem, ſeu Iuratos Vniuerſitatis exigētis penes aliquem notarium ne moleſtetur, alioquin cum inſtrumentis requiſitionis & franquiſiæ ac preſētationis ipſarum comparet in domo Ciuitatis Barcinonæ coram ipſius Cōſulibus porrigendo eiſdem ſupplicem petitionem cum exhibitione dictorum inſtrumentorum offerendo ſi opus ſit, incontinenti informationē, vt de vectigalis exactione conſtet, & petendo ſtatim fieri declarari & exequi iuxta ſtilum repreſalias contra perſonas & bona eorum, qui ſunt de Vniuerſitate, quę ſeu cuius Officialis ab eo impoſitionem exegit, nec non cōtra bona illius Vniuerſitatis pro recuperatione iurium exactorum, damnorum, & expenſarum & commiſſa ſupplica-

Digitized by Google

plicatione alteri ex Aſſeſſoribus Ciuitatis, abſq; aliqua partis citatione, recepta ſi neceſſe ſit, prædicta informatione, provt neceſſe eſt quādo ex reſponſione ad requiſitionem facta de vectigalis exactione non conſtat, facto ex actis proceſſu fit repreſaliarum petita prouiſio, & cū interuentu alicuius regij officialis executio.

5 Hæc praxis & obſeruantia conſuetudine, non iure com-
6 muni defenditur. Iure namque communi repreſaliæ cōcedi non poſſunt per Ciuitatem, quæ Superiorem recognoſcit: quia ſolum poſſunt fieri per Principem, atque requiſito prius Superiore eius qui damnum, propter quod petuntur repreſaliæ, intulit, eoq; deſide & negligente iuſtitiā miniſtrare,
7 donec enim ſupereſt damnū dantis Superior, qui ius dicere valeat, repreſalijs locus
8 non eſt: vnde DD. aſſerūt per eum dumtaxat poſſe repreſalias decerni, per quē poteſt bellum indici, atque ex eiſdem etiā cauſis, quamquam leuior ſufficit cauſa ad repreſalias quā ad bellum. ita probant Bart. *in tractat. de repreſalijs part. 2. quæſt. 3. num. 5.* Couat. *in reg. peccatum 2. part. §. 9. num.* 4. Franc. Marc. *deciſ. 767. num. 6. vol.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 32. *&* 33. Camil. Borrel. ad Bellug. *in ſpecul. princip. rubric.* 11. *§. iam ſupra in verb. repreſalijs*, Fontanel. *de pac. nup. tom. 1. clau. 3. gloſ. 2. num. 23. &* 24. Molin. *de iuſti. & iur. tom. 1. tractat. 2. diſputatio.* 121. Peguer. *deciſ.* 11. Cancer. *par. 3. var. cap. 5. num.* 50.

Sic 15. Nouemb. 1509. reperitur concluſio Regij Concilij in facto ſupplicationis oblatæ per Hieronymū Margarit domicellum & alios ſuper mercibus & rebus eiſdē venientibus a nundinis Lugduni ablatis facta referente Dominico Boffill, quod ſcribatur curiæ Parlamēti Regni Franciæ quod pro obſeruantia capitulorum pacis & guidatici ac fideidatæ omnibus euntibus & veniētibus ad nundinas vel a nūdinis Lugduni reſtituāt ſeu reſtitui faciant dicto Margarit & alijs merces & res eiſdem indebitē & violanter ac incogno- 9

tionaliter ablatas.& hoc fiat
libere a quibuſcunque expē-
ſis abſque lite & figura iudi-
cij, alioquin procedetur ad
repreſaliandum,atque poſtea
anno 1513.prætextu reniten-
tiæ fuerunt decretæ repre-
ſaliæ contra omnes Franci-
10 genas. Et 22. Martij 1515. eſt
alia concluſio Regij Senatus
declarādo nō ſufficere quod
cōſtet de manifeſta fatica
iuſtitiæ reperta in iuſtitia A-
ragonū,quando Locumtenēs
domini Regis eſt preſens in
Regno:quia cum ſit Superior
dictæ iuſtitiæ, debet adiri &
faticari ſeu requiri,& 10.Iu-
nij 1523.attēta deſidia, negli-
gentia,& manifeſta fatica iu-
ſtitiæ reperta in Locumtenē-
te Regni Aragonum & iniu-
ſtitia dicti Regni ac Villæ
Fragæ, cum requiſiti nolue-
rint executionē facere, ideo
fuit concluſum marchandos,
& repreſaliandos eſſe diſtri-
ctuales Villæ Fragæ & ſub-
miſſos iuſtitiæ dicti Regni
Aragonum vſq. ad centum
11 libras petitas & expenſas.Et
9.Ianuarij 1528. legitur alia
concluſio Regiæ Audientiæ
ſuper repreſalijs inſtatis,qua
fuit deliberatum quod atten-
to ante adiudicationem re-
preſaliarū requiri debet Su-
perior damnum inferentis,
ſequendo Audientiæ ſtilum
fiant litterę directę Regi Frā-
corum & alijs officialibus,vt
in ſimilibus eſt fieri aſſuetum
& 25.Februarij 1529.fuit cō- 12
cluſum quod quia non poteſt
adiri Superior nec eſt ad eum
tutus acceſſus, concedantur
repreſalię & marchę,& quod
tunc dicitur non tutus acceſ-
ſus,quia inter Reges Francię
& Hiſpaniæ eſt bellum. Et 13
27.Nouemb. 1592. ſuper fa-
cto ſupplicātium, qui a Lute-
rānis more piratarum ſpolia-
ti fuerāt,extat alia Regij Se-
natus concluſio quod conce-
dantur repreſaliæ omiſſa re-
quiſitione Superioris eo prę-
textu quod nulla poterat ſpe
rari de eo iuſtitia, nec erat
tutus acceſſus. Vnde miror 14
quod de contraria obſeruan-
tia & ſtylo curiarum atque
noſtri Regij Concilij ſcripſit
Peguer. *d.deciſ.11.in fin.in ad-
ditio.* Videas de prædictis & 15
alijs limitationibus Bartol.
Guid.Pap. *cū addit.in verb.ſti-
lus* Font.&Bor. *ſup.citat.locis.*

Nihilo-

Digitized by Google

16 Nihilominus in Cathalo-
nia quādo officialis vnius ter
ritorij aliquo creditore in-
ſtante requiſitus cum litte-
ris *vulgo de ſediga* ſeu *de re-
queſta* per alium officialē al-
terius territorij, vt contra
debitorem iuſtitiam exequa-
tur, eam adminiſtrare negli-
git, conſtitutiones *ſub tit. de
marchas, y penyoraments in* 1.
vol. aliter de repreſalijs diſ-
ponunt, quam iure commu-
ni ſtatutū ſit, nec iuris com-
17 munis omnia requiſita ſer-
uāt. Eſt enim marcharum &
repreſaliarum eadem ſigni-
ficatio, & nomina ſynonima
ſunt, quamquam nullum eo-
rum eſt latinum ſed vulgare
Gallicū, vt obſeruat Peguer.
d. deciſ. 11. *num.* 4. Guid. Pap.
deciſ. 32. latine autem vocan-
18 tur *impignorationes*, vt notat
Molina *d. diſputatione* 121. &
ſic appellat Roma. Pontifex
*in cap. vnic. de iniurijs & dam.
dat. lib.* 6. vbi de hac materia
agitur. *clarigationes* latine nū-
cupat Alciat. *in l. Prouinciales
ff. de verb. ſigni.* Requiſita mar-
chatum dictarum conſtitu-
tionū refert & declarat Fon-
tanell. *d. clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *ex n.* 50.
declarantur etenim hæ mar- 19
chę ſeu repreſalię inter duos
officiales ordinarios ſi ambo
ſint Baronum vel vnus Re-
gius, alter Baronis: ſecus ſi
ambo Regij ſint, vt *in conſtit.*
5. *d. tit.* exceptis Vicario &
Baiulo Barcinonæ, qui licet
ſint Regij officiales, ſoliti ſūt
marcham declarare contra
quoſcunque alios, etiam Re-
gios ordinarios officiales *ex
pragmat. Petri III. dat.* 5. *Cha-
lend. Maij* 1360. *in* 2. *vol. con-
ſtit. tit. de marchas, y penyora-
ments.* ſiue ex conſuetudine.
Vnde ſequitur quod vt de-
clarationi iſtarum noſtratum
marcharum locus ſit, non re-
quiritur vt copia Superioris
qui paratus ſit iuſtitiam mi-
niſtrare, haberi non poſſit.
vti iure communi opus eſt.

Vidi declarationē Regiæ 20
Audientiæ in cauſa marchæ
declaratę per Vicarium Vil-
lę Montis Albi contra homi-
nes Villæ *de las Borias blan-
cas* Vrgelli inſtante N. Vidal
legum Doctore, quia pręten-
debat d. Vicarius Montis albi
deſidiam ſeu faticam iuſtitiæ
reperiſſe in Baiulo d. Villæ
de las Borias blancas quod lit-

teris eius requiſitorijs non obtemperaſſet. Nam cauſa ad Regium Senatum per appellationem à declaratione dictæ marchæ euocata fuit relatore nobili Michaele Sala auunculo meo qui poſtea fuit Regẽs Regiam Cancellariã, & pronũciauit Senatus prædictæ marchę locum nõ fuiſſe quia tam Vicarius Montis Albi quam Baiulus *de las Borias blancas* erat officialis Regius, & inter duos Regios officiales non habet marcha locum *ex conſtitut. 5. tit. de marchas, y penyoraments in 1. vol. & pragmat. Regis Petri III. dat. Barcinonę 5. Idus Auguſt. 1339. cap. 3. in ordine eod. tit. in 2. vol.*

21 Fuit item deciſum quãdo locus eſt marchæ, eam non obtinere nec exequi poſſe in perſonis niſi eorum qui in contractu ſe obligarunt, ſed tantum fieri debere exequutionem marchæ in bonis *ex pragmat. Regis Iacobi primi dat. Valentiæ 12. chalendas Aprilis 1269. cap. 1. d. tit. de marchas in*

22 *2. vol.* & pars cõdemnata fuit in iniuria, damnis, & expenſis ante appellationem factis, nec excuſata fuit quod authoritate Iudicis procederet. Et hoc confirmatur quia ſi quid iniuſtum Iudex ad inſtantiam partis fecit, pars nõ excuſatur quo minus actione iniuriarum vel alia teneatur, Nauar. *in c. ſi quando in 7. cauſa nullitatis num. 12. de reſcrip.* faciunt tradita per Iul. Clar. *in pract. crim. quæſt. 28. num. 2.* & quando ciuiliter agitur, nõ requiritur dolus, nec cauſa iniuſta excuſat, Farinac. *conſ. 12. nu. 22. & latius in additio. lit. F.* Repreſalias ſi quis ſolucrit, an poſſit repetere ab eo qui fuit cauſa quod datæ fuerint, tradit Petrus Santarena *in tract. de ſponſion. par. 4. n. 34. & 35.* & Viuius *communiũ opinionũ lit. C. opinio. 35.* 23 24

Redeo ad repreſalias Barcinonę, vnde pro clariori ipſarum intelligentia digreſſus ſum, & nonnulla dubia enodabo, quæ meo tempore dum aduocatus eiuſdem Ciuitatis fui, ſuſcitata fuerunt. Primum ſit dubiũ an ſi prouiſis per Aſſeſſorem Ciuitatis repreſalijs contra perſonas & bona hominum alicuius Vniuerſitatis, nullus ex his nec eorum bona aliqua 25

Barci-

Barcinonę reperiātur, in quibus poſsit fieri exequutio repreſaliarum, reperiantur tamen in alijs territorijs aliarum Ciuitatum vel Oppidorū, poſsit Ciuitas Barcinonæ ſubſidiarijs litteris vti ad officiales aliarum Vniuerſitatum, & eo modo in alijs territorijs exequutionē facere in dictis perſonis, & bonis. Reſpondeo conſuetudinem Barcinonæ non extēdi vltra perſonas & bona in ipſa Ciuitate reperta, & nunquam fuerunt inuenta alia exemplaria, & hoc ſignificauit imo expreſsit regia ſententia ſupra relata in cauſa Hieronymi Real Inſulæ Maioricarum
26 referente Aſtor lata. Notum enim eſt conſuetudinem tātum habere de potentia quātum de actu & vſu & non vltra *l.1.§. ſi quis hoc interdicto* vbi Bart. *not. ff. de itin. actuque priuat.* & non protenditur de caſu ad caſum, ſicut nec de perſona ad perſonam & de re ad rē, Bald. *in l. fin. C. vtriuſq. iudic.* Nata. *conſ. 96. nu. 2.* Crauet. *conſ. 30. num. 9.* Becc. *conſ.*
27 *73. num.* 14. & eſt probanda in eadem ſpecie, & eiſdem qualitatibus concurrentibus, vt fuſe ſcripſit Surd. *deciſ. 131. n.* 8. vnde Rota Romana apud Farinac. *deciſ. 288. num. 4. li. 1. in recentior.* Gratian. *diſcep. forenſ.* 88. *num.* 18. Peregri. *conſ.* 102. *num.* 30. *vol.* 1. aiunt quod 28
conſuetudo eſt actus practicus, ideoque non debet habere maiorēm potētiam, quam vſus ei concesſerit.

Quid ſi a ciue Barcinonæ 29
fuerint exactæ lezdæ ſeu vectigalia in aliquo Oppido alicuius Comitatus qui plura alia Oppida continet, nūquid poterūt decerni repreſaliæ contra perſonas & bona hominum totius Comitatus vel tātum illius Oppidi, vbi & per cuius Iuratos ſeu collectorem iurium fuit executio facta? Doctores conſulentes in occurrenti caſu reſponderunt Ciuitati debuiſſe requiri caput Comitatus vt cōtra totum Comitatum decerni repreſalię poſſent, alioquin ſolum fieri poſſe contra Oppidum præfatum requiſitis dictis Iuratis ſeu iurium collectore: nam Baiulus ſeu 30
Vicarius & Officialis Regius ſeu Baronis aliquoties pręter-

mit-

mittitur & non requiritur, & nihilominus in Ciuitate Barcinonæ repreſaliæ declarantur: vnde iſtę repreſaliæ Barcinonæ dicuntur ſine fatica iuſtitiæ declarari.

31 Accidit quod a ciue Barcinonæ vectigal, nec Vniuerſitas Oppidi ſeu ipſius Iurati, nec Officialis ordinarius illius exegerunt, ſed Procurator Regius ſeu Baiulus patrimonij domini Regis ciuem Barcinonēſem compulit ſoluere regiam lezdam vel aliud indebitum ius, in dubium venit an repreſalię contra Vniuerſitatem & eius ſingulares homines, eorumq. perſonas & bona decerni valeāt. Quid enim commune habet Vniuerſitas & eius homines cum Regio Procuratore? Hoc quoque caſu obſeruatū vidi contra Vniuerſitatem & eius ſingulares perſonas & bona repreſalias declarari, repertaque alia exemplaria, ex quibus vnū fuerat regia ſententia referente Ioanne Magarola tacite approbatum, deducta cauſa liquidationis ad Regiam Audientiam, ibique per ſententiam definita.

Illud obſeruatione dignū cēſeo quod licet Ciuitas Barcinonæ in cauſis ſuarum repreſaliarū tam rigide & executiue procedat: ſi tamen ante prouiſionem illarum pars aduerſa in Ciuitate compareat deducēdo cauſas quibus excuſetur, admittitur & auditur, indeque auditis partibus in cauſa proceditur: ſecus tamen ſi ita compareat poſt declarationē & cœptam exequutionem repreſaliarū: quia tunc nō auditur imo nec copia proceſſus conceditur, niſi prius ſoluat. Quā diſtinctionem non ſolum in domo Ciuitatis cum eius aduocatum agerem, ſed etiam in Conſiſtorio Regio Baiulię Generalis Cathaloniæ, cum eius Aſſeſſoris officio fungerer, in ſimilibus exequutiuis cauſis, etiam interueniente Fiſci patronō Regiæ Audiētiæ approbari & ſeruari vidi, & ſeruaui, & approbaui. 32

Aſſeſſor cui cauſa repreſaliarum committitur, ſolet ſuper earum declaratione verbum facere in Conſiſtorio dominorum Conſulum Ciuitatis: non tamen de nullitate 33

tate ſententiæ dici poſſet , ſi illud omitteret,cũ in his cauſis,quæ in ſcriptis cõmittuntur , votũ deciſiuum habeat, nec aliquod ſit priuilegium vel ſtatutum quod eũ ad verbum faciendum compellat, ad tradita per me ipſum *de offic.iud.& aduoc.par.1. quæſt. 23.num.22.& 23.*

34 Quæro de quæſtione quæ anno *1624*.euenit.Oppidum de Tona habet regium priuilegium vt habeatur prouico Ciuitatis Barcinonæ & illius oppidani & municipes pro ciuibus Barcinonæ , eiſdemq. gaudeant priuilegijs & prærogatiuis , ſubſequuta etiam fuit acceptatio Barcinonæ.Ergo quidam ex incolis de Tona cum in Ciuitate Vicenſi per exactorem iurium compulſus eſſet vectigal ſoluere, comparuit Barcinonæ petens cõtra Vicẽſem Ciuitatem & eius ciues repreſalias declarari. In dubiũ incidit an hęc cõſuetudo Barcinonæ faciendi repreſalias obtinere poſſet in fauorem Oppidorum Cathalonię,quę plura ſunt habentia priuilegia Vicorum eiuſdem Ciui-
tatis : nã in iure aliud eſt eſ- 35
ſe ciuem & aliud eſt eſſe prociuem,Iaſon *in §.ſi quis agens num.10.Inſt.de action.*Bart.*in l.3.§.ſi emancipatus ff.de bonor. poſſeſ.contra tabu.*Gamma.*dec. 322.num.7.*Marquil.*in Vſatic. ciues autem & burgenſes quæſt. 19.*qui tamen *quæſt.*18.ait ciuem per conſtitutionem factum eſſe verũ ciuem & venire ſub ſtatuto loquente de ciue , niſi aliud conſuetudo
habeat.Ideoq.in ijs quæ ſtri- 36
ctam interpretatione habẽt, appellatione ciuis non venit prociuis apud Iaſon. citatum & Alderan.Maſcard.*de gener. interp.ſtatut.concluſ.6.nu.172.*
*& 173.*aſſerit ſtatutum de ci- 37
uibus non porrigi ad ciues per priuilegium factos, quia reſpectu ipſorum non operatur præiudicium, cum quod eſt inuentum in fauorem & priuilegium in odium retorqueri non debeat , & Aluar. Velaſq.*conſultati.12.nu.3.* di-
cit quod priuilegia quæ con- 38
ceduntur ad Inſtar,nunquam tertio pręiudicare poſſunt,& Hieronym. Gonçalez *ad reg. 8.Cancel.gloſ.43.ex nu.24.* Ioſeph.Ramon.*conſ.15.num.24.*

Petr,

Petr. Fontanel. *deciſ.211.num.* 9.10.*&26.* multa cogerũt ad illud quod aliud ſit eſſe talẽ & aliud haberi pro tali. At ius
39 repreſaliãdi eſt exorbitans a iure cõmuni & ideo parciſsime interpretãdum argumẽto tex. *in l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matri.* cumque ſit in Ciuitate Barcinonæ conſuetudinarium, cum vſu & obſeruãtia dumtaxat regulari debet, vt præter ſupracitata inquit Surd. *conſ.*308.*num.*5. *&*
40 *conſ.*262.*nu.*11. Et Camil. Borrel. *in additio. ad* Bellug. *ſpec. Princip. rub.*11. §. *iam ſupra in verb. repreſalijs.* probat quod repreſaliæ conceſſę cõtra ciues Ciuitatis non compræhendunt homines Villarum & caſalium ſeu ſuburbiorũ. & Fontanel. *de pac. nupt. clauſ.* 3. *gloſ.2.num.*37. docet neq. in eorum fauorem poſſe exerceri, & Stephan. Gratian. *deciſ.96.num.6.* aſſerit repreſalias conceſſas contra Florentinos non complecti comitatiuos ſeu habitantes in terri-
41 torio. Nihilominus in præfato caſu Loci de Tona Aſſeſſor Ciuitatis Barcinonæ cui cauſa prędicta commiſſa fuerat, qui erat D. Ioſephus Gilabert collega meus repreſalijs locum eſſe declarauit attento priuilegio ipſius Oppidi & acceptatione Ciuitates Barcinonæ, & quod reperit iam antea pro eodẽ Oppido fuiſſe ſimilem declarationem factã per alium Aſſeſſorem, audiui tamen quod ab ea in Regio Senatu cauſa pendebat.

Qui a repreſaliarum exe- 42
quutione eximantur, tradũt Bart. *in tract. de repreſal. quæſt.* 7. Guid. Pap. *deciſ.*34. Borrel. ad Bellug. *vbi ſupra*, Nauar. *in manual. ca.27.nu.*136. Peguer. *deciſ.*11.*num.*12. Fontanell. *d. gloſ.*2.*num.*34.*cum* 4. *ſeqq. & pro marchis Cathaloniæ nu.* 62. vbi quoq; de rebus quæ pignorari non poſſunt *cum nu. ſeq.* Ego vidi duas concluſio- 43
nes Regij Senatus nempe alteram factam 22. Octobris 1544. in facto Hieronymi Mongollas & Annæ Benedictæ Sampſo referẽte Clariano, qua fuit deliberatum repreſalias non poſſe concedi contra alienigenas Barcinonæ domiciliatos & alteram 9. Aprilis 1557. in facto Antho-

thonij Reſet, Ioannis Català, aliàs Priuat, referente Mitalles, qua fuit concluſum repreſalias non poſſe exequi contra clericos nec eorũ bona nec contra Barcinonę domiciliatos, licet exteros.

44 Denique Ciuitas Barcinonæ ex antiquiſsima conſuetudine pro defenſione ſuorũ ciuium ſolet proceſſum ſoni emiſsi in alijs Vicarijs exercere. vt ita notant Calici. *de ſono emiſſo q.6.* Cancer. *variar. part.3.cap.5.num.47.* Berar. *de viſitatio.cap.22.num.19.* Bruniq. *in d. apolog. ca.27.* qui obſeruat quod iſte ſonus emiſſus ſeu hoſtis vicinalis occaſione damni vel iniuriæ Ciuitati vel ciuibus eius illatorum cum interuentu Vicarij declaratur, & tollitur vexillũ Ciuitatis, & pro emẽda ſeu refectione damni & iniuriæ contra aggreſſores & damnum dantes manu armatu iterſit.

EX §.XVIII.
SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ciuitatis Barcinonę de tempore Romanorum & de tempore Maurorũ remiſſiue.*

2 *Immunitas Ciuitatis Barcinonæ de tempore Francorum, nempe Caroli Magni, Ludouici Pij, & Caroli Calui.*

3 *Seruitium per dominum Regẽ in Curia generali poſtulari ſolitam an ſit actus Prouinciæ mœre voluntarius.*

4 *Seruitiũ prædictum an vnius contradictione impediatur.*

5 *Franquiſiæ fuerunt appellatæ a Gallis immunitates Ciuitatis Barcinonæ.*

6 *Cathalani quare dicti ſunt Franci.*

7 *Comes Barcinonæ quare non fuit Rex appellatus.*

8 *Legibus Gothicis quo tempore regebatur Cathalonia & a quibus fuerunt conditæ.*

9 *Vſatici Barcinonæ quo tempore & quo fuerunt editi. Cõſtitutiones Cathalonię quo tẽpore cæperunt fieri & quomodo, ibid.*

10 *Barcinonenſes a tempore Regum Franciæ ſuis ſemper vixerunt legibus.*

11 *Immunitates Ciuitati Barcinonæ a Prioribus Principibus conceſſas poſteriores Domini ſucceſsiue ſeruarũt, & auxerunt.*

12 *Immunitas Ciuitatis Barcinonæ ex priuilegio Iacobi primi anno* 1232. *& Iacobi ſecūdi anno* 1323.

13 *Immunitatū Ciuitatis Barcinonæ cōfirmatio a Petro II.*

14 *Et aliæ a Petro Tertio.*

15 *Regiæ plures deciſiones in confirmationem immunitatū Ciuitatis Barcinonæ.*

16 *Immunitas alia Ciuitatis Barcinonæ ex priuilegio Iacobi anno* 1299.

17 *Barcinonæ Ciuitas tum ex regijs priuilegijs, tum ex interpretatione illorum & obſeruantia ſubſequuta, tum ex poſſeſſione immemoriali ſemper libera habita fuit a regijs oneribus, quibus aliæ Vniuerſitates Cathaloniæ ſunt obnoxiæ.*

18 *Barcinona immunis eſt a iuribus Coronagij & Maritagij, vbi deciſiones.*

19 *Iura Coronagij & Maritagij ſunt conſuetudinaria eā inſpecto iure Cōmuni quā Municipali Cathaloniæ.*

20 *Alphonſi Regis litteræ pro immunitate Coronagij Oppidi de Caro titulo & aliorum quod ſint vici Ciuitas Barcinonæ.*

21 *Aqualatæ villa immunis eſt a iure Coronagij quia vicus eſt Barcinonæ.*

22 *Barcinonæ Ciuitas immunis eſt ab onere hoſpitādi milites. Milites quemadmodū in Cathalonia hoſpitari teneantur â Prouincialibus, ibid.*

23 *Barcinonæ Ciuitas immunis eſt a ſeruitute inſequendi ſonum emiſſum.*

24 *Et ab onere vehendi ligna ad nauale regiū pro conſtructione regiarum triremium.*

25 *Prouinciales Cathaloniæ an & qualiter ſint obnoxij onere vehendi ligna ad nauale regium ſecundum ſententiam regiam.*

26 *Et quid obtinuerit Curia Generalis circa remiſſionem huius iuris.*

27 *Barcinonæ antiqua immunitas a quinto ſuarum impoſitionum Regi ſoluendo, ſecundum ſuorum omnium ipſius Ciuitatis conſultoruus ſententiam.*

28 *A quinto ſuarum impoſitionū Regi ſoluendo ſunt hodie immunes omnes Vniuerſitates Cathaloniæ ex concordatis cum domino Rege.*

29 *Barcinonæ Ciuitatis priuilegia*

Digitized by Google

gia propter quas honorificas cauſas fuerunt conceſſa.

30 Seruitia Ciuitatis Barcinonæ liberaliſſime ſuis Regibus præſtita decerpta remiſſiuè ex varijs locis.

31 Barcinonenſes vti liberaliſſimos potius ad voluntaria ſeruitia concitare, quam impoſitis vectigalibus premere ſui Reges voluerunt & prudentius exiſtimarunt.

32 Barcinonæ Ciuitas an cenſenda ſit libera a collectis propter publicam vrgentẽ neceſſitatẽ ſuperuenientem poſt ſua regia priuilegia impoſitis, & nu.33. & 34. & 43. vbi ſententia Authoris.

35 Immunitas ab oneribus, etiã generalibus verbis conceſſa non excuſat ab oneribus ratione belli vel peſtis.

36 Renuntiatio generalis caſuũ fortuitorum non intelligitur de inſolitis & raro contingentibus.

37 Et quid ſi promiſſum ſit de omnibus caſibus qui imaginari poſſunt & pro quacunque cauſa, quæ dici vel excogitari poſſit & adſint verba apta includere caſus inopinatos & maiores expreſſis.

38 Priuilegia ſimpliciter conceſſa pro tempore careſtiæ, non procedunt pro immoderata & extraordinaria.

39 Vectigalia noua an poſſint imponi in Cathalonia ex cauſa magnæ neceſſitatis publicæ Principatus.

40 Doctores an in caſu neceſſitatis teneãtur hoſpitari milites.

41 Leges & ſtatuta etiam iurata an poſſit iudex vrgente cauſa tranſgredi.

42 Salus populi ſuprema lex eſt cui cedunt omnes leges & cõuentiones humanæ, & quãdo.

44 Peſtis cauſa an maior ſit quã cauſa belli.

45 Barcinonenſes an ſint immunes a iure marquę de qua hic, & quare, vbi regia deciſio.

46 Cõſtitutiones Cathaloniæ prohibentes noua vectigalia an limitẽtur in caſu vrgẽtis neceſſitatis publicæ defenſionis Prouinciæ ab hoſtibus & belli defenſiui, variæ deciſiones.

47 Pecora Ciuitatis Barcinonæ poſſunt depaſcere per quæcũque prędia inculta ſine incurſu banni ex priuilegio Iacobi, nec comprehendũtur in præconijs imponentibus ſimilia banna, vbi regia deciſio.

48 *Barcinonę Ciuitas poteſt imponere banna in ſuo territorio.*

In banni conceſſione perſona concedentis cenſetur excepta, ibid.

49 *Immunis eſt Ciuitas & ciues Barcinonæ a ſoluendis decimis & primitijs de certis fructibus, non tamen de omnibus, vbi regia deciſio.*

50 *Saluaguardia ſeu protectio Regia domus Ciuitatis Barcinonæ & eius Officialium nec non Scholæ eiuſdem, & quid operetur.*

51 *Et eſt publicãda de quinquennio in quinquenniũ in capite Vicarię.*

§. XVIII.

De immunitate Ciuitatis Barcinonæ.

1 OMiſſa immunitate, qua hæc nobiliſſima Ciuitas tempore Romanorũ potita fuit, de qua ſuperius §.8. ſcripſi, pręterita quoq. exceptione, quam in infelici tempeſtate Maurorum obtinuit & §.4. & 5. obſeruaui, immunitatem & exemptionem huius Ciuitatis deducam a tempore quo excuſſo Sarracenorum iugo ab innumeris calamitatibus reſpirauit, quã do Chriſtianiſsimis Francorum Regibus ſe ſubiecit, nimirum inuictiſsimo Carolo Magno Imperatori, Ludouico Pio eius filio, & Carolo Caluo nepoti, a quo Guifredus Comes Barcinonæ relaxationem feudi ſui Comitatus adeptus manſit ſupremus Princeps nullum agnoſcens Superiorẽ vt §.4. dixi. Nam præfati potentiſsimi Reges 1
Franciæ admiſerunt Barcinonenſes ſaluis ipſorum ciuium libertatibus conſuetudinibus & priuilegijs, concedendo eiſdem vt ſe ipſos ſuis proprijs legibus iudicarent, neque aliquod regium ſeruicium vel tributum ſoluerent, neque aliquod poſſet eis imponi vectigal, quod ſi aliquando ſoluerent, nullam in poſterum neceſsitatẽ ſeu obligationem cenſus induce-

ret,

ret, neque inde vſus aut conſuetudo allegari valeret, & alias præterea exemptiones libertates & immunitates ipſis impartiti fuerunt, vt conſtat tribus regijs priuilegijs, altero Ludouici Pij dat. Chal.
44 lend. Ianuarij anno ſui Imperij primo, id eſt a Chriſto nato 815. altero eiuſdem Regis & Imperatoris 4. Idus Februarij anno ſui Imperij tertio, id eſt 817. & alio Caroli Calui 10. Iunij anno ſui Regni quarto, id eſt 844. Gregor. Tholoſan. *in Repub. lib. 6. cap. 6.* Diago *in hiſtor. Comit. Barcinon. lib. 2. cap. 4.* Zurita *lib. 1. cap. 6.* Andre. Boſch. *de titul. honorific. lib. 5. cap. 1. nouiſsime Author. Proclamationis ad Regi. Maieſt. cap. 23. & 24.* Et cõfirmãtur citata priuilegia cõſtitutionibus prohibentibus noua vectigalia præſertim 1. 10. & 20. *tit. de Vectigals, y leu.* Mieres *part. 1. colla. 2. cap. 10.* Calici. *in extragrau. cap. 7. nu. 29.* Deſpujol *in indice Ver. Vectigal imponitur*, Cancer *part. 3. cap. 3. num. 120.*

Verum eſt quod dicta priuilegia non ſolum reſpiciunt Barcinonam, ſed & reliquam Cathaloniam, atque inde Curia Generalis Cathaloniæ ſẽper tenuit quod ſeruitium in Curia per dominum Regem poſtulari ſolitũ, eſt actus mere voluntarius, ſicque in oblatione ſeruitij ſemper proteſtata fuit, quod populus Cathaloniæ liber eſt ab omni exactione ſeruitij & ille actus a libera voluntate curiæ procedit, & in conſequentiã trahi nõ poteſt: imo opinio Curiæ eſt quod vnius contradictio impediret donatiuum in Curia offerri, vt notat Barnaba Serra olim Regius Senator in ſuis adnotationibus ſuper cõtrouerſijs quę in curijs generalibus ſuſcitãtur, editis anno 1563. *adnotatio 5. nu. 1. & 3.* vbi tamen *num. 40.* ſubdit fuiſſe declaratũ & deciſũ ſufficere decretum maioris partis circa donatiuũ Regi fiendum. 4

5 Huiuſmodi immunitates & libertates prædictorũ priuilegiorum fuerant a Gallis vocatę *franquiſię* & ab eis hoc nomen mutuati fuerunt noſtri Cathalani, vt notatur in indice rerum ab Aragonum Regib. geſta. ſub anno 844.

ideo-

6 ideoque Cathalani dicti ſunt *Franci*, nõ a natione, ſed a frãquiſia ſiue immunitate, vt Carolus Caluus inquit in d. ſuo priuilegio. Propterea que in-
7 ſignis ex noſtris hiſtoricus Corbera *in vita ſororis Mariæ Ceruellõ* ait quod Comes Barcinonæ licet Superiorem nõ recognoſcat, non fuit Rex appellatus, ſed Comes, quia ſubditi tam liberi & exempti, cum ipſo potius conregnare videntur, & Rex Iacobus in hiſtoria a ſe ſcripta clamat nullum eſſe in orbe terrarũ populũ ita immunem & frãcum ſicut eſt noſter.

8 Leges quarũ meminimus, quibus Barcinonenſes & reliqui populi Cathaloniç tempore quo ſereniſsimis Gallorum Regibus ſe ſubdiderũt, nec non etiam antea Maurorum tempeſtate regebantur, erant leges Gothicæ, quibus quoque tota Hiſpania gubernabatur, conditæ a Rege Eurigo ſiue Henrico cum interuentu ſeptuaginta Epiſcoporum ſui Regni, inter quos intererat noſter Diuus Seuerus Epiſcopus Barcinonæ:
9 Et poſtea fuerunt editi vſatici Barcinonæ tempore Comitis Raymundi Berengarij ſub anno 1040. quando priores Curiæ Generales Cathaloniç celebratç ſũt: fuit enim promulgator vſaticorũ prælibatus Comes Raymundus Berengarius cum conſilio & laudatione terræ ſuæ magnatum, & poſtea factæ fuerũt ex tempore Petri Secundi in curia Barcinonæ *cap.* 14. conſtitutiones ſub lege pacti inter Dominum Regem ex vna & Vniuerſitatem totius Prouinciæ, quç in tribus brachijs repreſentatur, parte ex altera, vt hæc omnia probant Oliba *de iur. fiſc. cap.* 1. *num.* 3. 8. 14. 17. 18. *& de actionib. to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. 8. 21. 22. Bruniq. *in apologia cap.* 1. *num.* 79. *cum.* 4. *ſequentib. & alij per eos citati*. Diago *lib.* 2. *cap.* 58. *&* 59. Vnde infertur & con- 10
cluditur Barcinonenſes a tẽpore prædictorum Regum Franciæ iuxta præfata eorũ priuilegia ſuis ſemper vixiſſe legibus & conſtitutionibus. Reliquas etiam immani- 11
tates & libertates eorundem priuilegiorum ſeruarũt ſucceſsiue poſteriores Principes.

Digitized by Google

pes, vt animaduertit Boſch. *d.lib.5.cap.* 1. atque hæc ſunt fundamenta, quibus fundantur, & origo vnde dimanant omnia alia priuilegia libertates & exemptiones Barcinonenſis Ciuitatis, quia non ſolũ priores libertatates cõſeruarũt Principes ſubſequẽtes, ſed etiam multis auxerũt indultis.

12 Rex Aragonũ Iacobus Primus ſuo priuilegio dat. pridie Idus Aprilis 1232. & Rex Iacobus Secundus alio priuilegio dat. 18. chalend. Ianuarij 1323. conceſſerunt Ciuitati Barcinonæ & eius ciuibus & habitatoribus vt immunes & exempti eſſent cum rebus & mercibus ſuis a ſolutione cuiuſcunq. lezdę, pedatici, portatici, menſuratici, penſi, vſatici & quarumcunque collectarum, gabellarum, iurium, impoſitionum, quæ cogitari valerẽt, & impoſitę eſſent vel in poſterum imponerentur in Ciuitatibus Oppidis & Caſtris ditioni Domini Regis ſubiectis & per omnia loca dominationis regiæ tam per terram quam per mare. Sed

13 & Rex Petrus Secundus in conſtitut. *4. tit. de vectigals. y lleudas in 1. vol. conſtitution. Cathaloniæ* prædicta priuilegia Barcinonæ & vſu huius immunitatis præfatæ Ciuitatis & ciuium confirmauit. 14 Confirmauit quoq. eandem exceptionem Rex Petrus Tertius ſuis litteris directis Gubernatori Maioricarũ dat. Barcinonæ 5. Aprilis 1353. 15 idemque probãt quamplures Regiæ ſententiæ, quas referunt Petrus Fontanell. *de pact. nup. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 6. & 7.* atque Andreæ. Boſch *de tit. honorific. lib. 4. cap. 3. §. 1.* Cancer. *variar. part. 3. cap. 5. nu. 49. & 50.* quibus inuenies in Regio Concilio Cathalonię pro immunitate iſta Ciuitatis Barcinonæ & eius ciuium declaratum 3. Decembris 1572. cõtra Syndicum Villæ Granullariorum & eius impoſitiones, & 9. Aprilis 1583. contra Ciuitatẽ Dertuſæ & eius gabellas & 22. Septembris 1597. cõtra Ciuitatẽ Maioricarum & eius vectigalia, atque his adde aliam concluſionẽ eiuſdem Regij Senatus 12. Nouembris 1493. factam pro eadem exemptione Ciuitatis & ciuium

ciuium

Digitized by Google

ciuium Barcinonæ cõtra lezdarios & alios collectores iurium Celzonæ & eius Ciui-
16 tatis collectas. Inſuper Rex Iacobus alio priuilegio Ciuitati Barcinonæ pridie chalendas Ianuarij 1299.conceſſo indulſit eidem & eius ciuibus quod perpetuo immunes eſsẽt ab omnibus quiſtijs & quãtitatibus ſeruitialibus.

17 Ex his& alijs pluribus priuilegijs Barcinonæ, nec non ex interpretatione & obſeruantia illorũ ſubſequuta, cuius tanta vis eſt,vt ex multis ſcripſi *de offic.iud. & aduocat. par.2.quæſt.6. num.56.* ad tex. *in l.ſi de interpretatione & in l. minime ff. de legib.* & ex poſſeſsione immemoriali, quæ habet vim tituli ex traditis per Anton. Oliba.*de iur. fiſc. cap.13.num.8.& 9.*ad tex.*in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſti.* efficitur quod Ciuitas Barcinonę a regijs oneribus, quibus aliæ Vniuerſitates Cathalonię obnoxiæ fuerunt, ſemper libe-
18 ra habita fuit. Sic immunis eſt a iuribus Coronagij & Maritagij, de quibus in titulo *de Coronatjes, y maridatjes in 1.& 2. vol. conſtitutionum Cathaloniæ*,quæ tamẽ aliæ Vniuerſitates ſoluũt.Declarationem circa ius maritagij pro Ciuitate Barcinonæ in Conſiſtorio Magiſtri Rationalis Regij factam refert Fontan. *tom.2.de pact.nup.clauſ.5.gloſ. 4.num.* 50. & ego in vtroque 19
iure ſeruatum vidi, & licet doctiſsimus Fontanell. dicat non vidiſſe Ciuitatis ad id priuilegia, ſufficeret tamen hæc duo iura eſſe conſuetudinaria,provt ſunt tam de iure communi *l.vnic.C. de auro coronario lib.10. & ibi gloſ.* & Luc.de Penna Bellug.*in ſpec. Princip.rub.26. verſic. ſunt & alia nu.*1.Caſſan.*in Catal.glor. mund.part.1.conſ.*2.Henr. Roſental.*de feud.cap.5.concl.77. & 78.* Calici. *in extragrauat. curia.caſu* 162.Ioan.Socarrat. *in commen.*Petri Alberti.*cap. ſi aliquis dominus num.*102.Fõtanell.*d.clauſ.5.gloſ.*4. *nu.*17. Cancer.*variar.cap.*2. *nu.* 276. quam de iure ſpeciali Cathaloniæ,Calici.*d. caſu.* 162. Socarrat,*in d.cap.ſi aliquis dominus num.*102.Fontanell.*d.gloſ. 4.num.*28.nulla enim eſt conſtitutio ſeu lex municipalis

Catha-

Digitized by Google

Cathaloniæ, quæ ſtatuat iſta iura,ſed quæ illis præſuppoſitis diſponat circa illorũ exactionem aut ſolutionem;Barcino autem nunquam ſoluit, ſicut nec eius ciues. Sufficit quoque poſſeſsio immemorialis,quæ habet vim tituli & priuilegij vt prædixi,& ſubſequuta obſeruãtia prædictorum priuilegiorum, quæ ſu-
20 pra retuli. Sed & extant litteræ Regis Alphonſi die 30. Aprilis 1425. directæ receptoribus Coronagij, quibus præcipit ne ius Coronagij ab Oppido de Carotitulo & alijs habentibus priuilegia, quod ſint vici Ciuitatis Barcinonæ & veri ciues illius, exigatur, vbi rationem adijcit quia Ciuitas Barcinonę ab
21 illo onere immunis eſt. Et eodem iure obtinuit me patrono cauſæ Villa Aqualatæ 30.Octobris 1626.in Cõſiſtorio Magiſtri Rationalis Regij in ſui exemptionem circa ius Coronagij declarari, quia ex priuilegio Regis Petri dat.9. Iulij 1385. & altero Regis Ioannis dat.20. Decẽbris 1392. eſt quoque vicus Barcinonę & eius fruitur priuilegijs, efficiunturque homines prælibatæ Villæ, veri ciues Barcinonæ.

Sic etiam Ciuitas Barcinonę immunis eſt ab onere hoſ- 22
pitãdi milites, quos prouinciales in Cathalonia hoſpitari tenentur cum modificationibus tamen,de quibus in cõſtitutionibus 3.12.13. *& fin. tit. de offici de Alcayts y Capitans & in conſtitut. Vnic. titul. de offici de Apoſentadors, & in cap.* 45. *curtarum anni* 1599. Rolãd. a Valle. *conſ.* 66. Bouadill. *in politic. tom.*2.*lib.*4.*cap.*1. *num.* 12.21.*&* 27. Calici. *in Margarit. fiſc. dubi.*6.*caſu.*307. Cãcer. *Var. part.*3.*cap.*5.*num.* 60. *cum ſequen.* neque inuitis ciuibus Barcinonæ in domibus priuatis acceperũt milites in ea hoſpitium propter priuilegium Ciuitatis ipſius, quod d. conſtitutio vnica inſinuauit, & nouiſsimè in cõcordatis Prouincię huius cum Rege noſtro Francorum *cap.*10. *in fin.* approbatur & confirmatur.

Seruitutem inſequendi ſo- 23
num emiſſum, qua aliæ Vniuerſitates & earum homines domino Regi & eius Vicarijs

in Cathalonia ſeruiūt ad tradita per Calici. *de ſono emiſſo quæſt.*8. Cancer. *part. 3. cap. 5. eod. tit. num. 9.* Ciuitas Barcinonæ tanquam priuilegiata & eius ciues non exhibent.

24 Ab onere vehēdi ligna ad nauale regium pro constructione regiarum triremium, quod aliæ Vniuerſitates Cathaloniæ nō priuilegiatę, grauiter contradicente tamen fiſci procuratore Generalis Cathaloniæ, paſſæ ſunt, Ciuitas Barcinonæ tanquam priuilegiata ſemper habita fuit exempta, & eius ciues exēpti

25 habiti ſunt. Nam 5. Octobris 1598. inter Syndicum Villæ Granullariorum & Laurentium Torres referēte Peguera fuit concluſum in Regio Concilio quod prouinciales omnes in viam iuris tenentur locare plauſtra ad ligna vehendum ex locis circum vicinis ad nauale Ciuitatis Barcinonę ad opus fabricę regiarum triremiū & quod ad huius ſeruitutis præſtationē tenentur cum ſuis mulis, bobus, vel plauſtris, ſoluta eis ſolita mercede, niſi ſpeciali priuilegio excuſētur, & quod in ſumptibus & expenſis faciendis vltra mercedem regiam in dictis lignis ad dictū nauale vehendis tenētur cōtribuere omnes particulares Vniuerſitatis ad ſolidum & libram ſeu ad modum fogagij, & quod pro prędictis poteſt procedi per comiſſarios Capitanię Generalis via executiua per pręcepta quinque dierum vel breuioris ſpacij pæna centum librarum vel alia. Cōqueſta fuit Curia Ge- 26
neralis anni 1599. domino Regi vt in capitulo curię 48. dictarū curiarum cernere eſt, & ſolum obtinuit quod augeretur præfata regia merces duobus denarijs pro quolibet qnintali, vt in eodem capitulo continetur. Preſſæ ſunt poſtea Viuerſitates hoc onere, proclamante iam dicto Generali Cathaloniæ: ſed Ciuitas Barcinonæ & eius ciues in tuto fuere.

A quinto ſuarum impoſi- 27
tionum, quod aliæ Vniuerſitates Cathalonię nō in hoc priuilegiatæ domino Regi ſoluebant, Doctores quos Ciuitas Barcinonæ conſuluit, cōſuluerunt eidē ipſam per diuerſa

uerſa priuilegia immunẽ eſ-ſe, fiſci tamen Procuratore contrariũ prætendẽte, propter quod tempore Philippi Tertij hæc Ciuitas legatum ad Regiam Curiam transmiſit & multo tẽpore habuit,& poſtea tẽpore Philipi Quarti in Conſiſtorio Officij Magiſtri Rationalis Regij ex regio præcepto fuit ſuper hoc cauſa mota, quæ iuſſu Ducis Cardonæ tunc Proregis per prædictum Magiſtrum Rationalem mihi vt Aſſeſſori præfati Officij quantumcunque inuito & renuenti commiſſa extitit. Non fuerunt in hac cauſa per Syndicum Barcinonæ exhibita ſua priuilegia neque vidi illa dum Aduocatus eiuſdẽ Ciuitatis fueram, quia eo tempore prætenſio fiſci procuratoris circa quintum impoſitionũ ipſius Ciuitatis ſemper ſiluit.

28 Non fuit proſequuta cauſa: & fruſtra modo tempus in hoc conterem, cum nunc potẽtiſsimus noſter Rex Chriſtianiſsimus in concordatis cum Principatu Cathaloniæ omnibus Vniuerſitatibus illius Quintũ remiſerit, & eas a cætero ab iſta præſtatione, quam hæc Prouincia ſemper exiſtimauit indebitam, abſoluerit, & liberauerit.

Tot, tantaque priuilegia huic nobiliſsimæ Ciuitati a ſuis indulta Regibus non ſine cauſa conceſſa ſunt. Tria priora præchalendata Regũ Fráciç cauſam continẽt quod Barcinonenſes ſuo ſe ſanguine a Sarracenorum poteſtate redemerunt & Carolo Magno Imperatori, Ludouico filio, & Carolo Caluo nepoti ſubmiſerunt, vt hic præſertim ſuo priuilegio expreſſe profitetur. Reliquis regijs priuilegijs cauſam dedere innumera & ingentia ſeruitia, quæ ſuis Regibus ijdem Barcinonenſes liberaliſsimè prçbuerũt: in quibus poſsẽ multũ excurrere, lõgè, latiſsimeque vagari: ſed ne nimis ab inſtituto mea digrediatur oratio, legas præcipue tria priuilegia, duo ſcilicet Regis Iacobi anni 1299. quibus referuntur immenſæ pecuniarũ ſummę, quas Ciuitas hęc Regię Maieſtati dono dedit, tertiũ Regis Ioannis anni 1393. quo commemoratur ſeruitiũ 29 30

decem triremium, quibus armatis, ſolutoque victu & ſtipendio militum ad quatuor menſes, eum Regem in expeditione belli aduerſus Sardiniã adiuuauit. Adeas nouiſſimè Proclamationem ipſius Ciuitatis ad Regiam Maieſtatem anno 1640. editam §. 7. vbi tam incredibilia narrantur ſeruitia ab iſta Ciuitate omnibus ſuis Regibus & maxime, olim Philippo Quarto præſtita, modo tot militum copijs, modo tanta pecuniarum vi, modo tot nauibus & triremibus ſeruiendo vt non poſsis non in magnam paſſim rapi admirationem. Videas propoſitionem curiarũ generalium Regis Martini, vbi Cathalanos & præſertim Barcinonenſes & eorum erga ſe liberalitatem & munificentiã ad cœlũ vſque ſum-
31 mis laudibus extollit. Satius & vtilius prudentiſsimi noſtri Reges exiſtimarunt vrgentibus Regni neceſsitatibus liberaliſsimos Barcinonenſium notos animos ad voluntaria ſeruitia cõcitare, quã impoſitis oneribus & vectigalibus illos premere.

Circa præchalendata priuilegia Regum Iacobi primi & ſecundi ſuper immunitate Ciuitatis & ciuium Barcinonæ doctiſsimus noſter Petr. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *ex num.* 10. nonnulla ſulcitat & reſoluit dubia, & (quod grauioris ponderis & momenti eſt) ad primum dubium *a num.* 10. *ad nu.* 16. diſcuſſa quæſtione an Ciuitas ac ciues Barcinonæ per eadem priuilegia cenſeantur exempti a collectis propter publicam vrgentem neceſsitatem ſuperuenietem poſtea impoſitis, concludit affirmatiuè propter ampla enixa geminata & prægnantia verba dictorum priuilegiorum, & quia conceſſa hæc priuilegia fuerunt per viam contractus in remunerationem ſeruitiorum. Quam reſolutionẽ 33
limitat ſi tam vrgens occurreret neceſsitas vt nullatenus ei prouideri poſſet, niſi immunes & exempti cõtribuerent, & in caſu belli diuini id eſt peſtis, niſi adeſſet obſeruantia ſubſequuta in contrariũ. vtpote quod ſucceſsiſsẽt caſus priuilegiati ob quos cities

ues Barcinonæ licet potuiſ-
ſent compelli ad contribuen-
dum, non tamen contribuiſ-
34 ſent. Hęc ſententia mihi pla-
35 cet. Sane Gaſp. Anton. The-
ſaur. *qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 13. n.*
5. quamplurimis citatis Do-
ctoribus qui omnes magis cō-
munem teſtantur, aſſerit ſe-
cundum veriorem & magis
communem opinionem im-
munitatem ab oneribus, etiã
generalibus verbis cōceſſam
non excuſare ab oneribus ra-
36 tione belli vel peſtis. Stephã.
Gratiã. *diſcep. forenſ. to. 1. cap.*
195. a nu. 7. vſq. ad nu. 12. com-
munem & veriorem profert
ſentẽtiam quod generalis re-
nuntiatio caſuum fortuitorũ
non intelligitur de inſolitis
& raro contingentibus, vbi
inter alios plures DD. alle-
gat Hieronymum Ceuallos
quæſt. 702. vbi *nu.* 4. hanc ve-
riorem, teſtatur & Petrum
Surd. *conſ. 61. nu. 65. & deciſ.*
37 *326. num. 52.* vbi ait hoc eſſe
verius licet promiſſum fue-
rit de omnibus caſibus, qui
imaginari poſsũt & pro qua-
cunque cauſa, quæ poſſet dici
vel excogitari, & licet adſint
verba apta includere caſus in
opinatos & maiores expreſ-
ſis. Vincentius Caroci. *deciſ.*
ſeu caſu 35. num. 1. docet priui- 38
legia conceſſa pro tempore
careſtię ſimpliciter, non pro-
cedere pro immoderata &
extraordinaria. Ioannes de
Socarrat. *ad conſuetudines Ca-*
thaloniæ in cap. ſi aliquis domi-
nus ex nu. 98. latè diſputat an 39
in Cathalonia, vbi noua ve-
ctigalia vt ſupra ſcripſi, ſunt
prohibita, poſsint tamen ex
cauſa magnę neceſsitatis pu-
blicæ hujus Principatus im-
poni, & affirmat poſſe impo-
ni. Iacobus Cancer. *part. 3. cap.*
5. num. 73. & 74. circa immu- 40
nitatem Doctorum ab onere
hoſpitãdi de quo agit, caſum
neceſsitatis excepit. Guido
Pap. *quæſt. 206.* probat iudi- 41
cem vrgente cauſa poſſe le-
ges & ſtatuta, etiã iurata trãſ-
gredi, quæ tamen verè tranſ-
greſsio non eſt, ad quod alios
allegaui & declaraui ego *de*
offic. iud. & aducc. part. 1. quęſt.
7. num. 53. vltra quos tenent
Caball. *reſolut. crimin. 97. nu.*
9. cẽtur. 1. Gramma. *deci. 36. ex*
num. 2. Farinac. *tom. 2. crimi-*
nalium tit. de indici. & tortur.
quæſt. 37. nu. 79. & ſeqq. quia 42
ſalus

ſalus populi ſupremà lex eſt, vt eleganter expendit Antõ. Faber. *in Rationalib. ad Pandec. tit. quod cuiuſq. Vniuerſit. nomi. ad l.1.* ideoq. ſaluti Reipub. cedunt omnes leges & cõuentiones humanæ, & exiſtente neceſsitate illius licitum eſt recedere a legis diſpoſitione, quod quando obtineat & quæ ſint ad id requiſita fuſe docent don Ioan. del Caſtillo Sotomayor *lib. 7. cõtrouerſ. iur. cap.* 41. *a num.* 78. & dõ Ludouic. a Peguer. *dec.* 51. Ego in caſu ſupra relatorum priuilegiorũ Barcinonę & publicæ neceſsitatis acci-
43 dẽtis multum tribuerem integri recti ac prudentis arbitrio iudicis, neque crederẽ quacunque peſtis cauſa ciuem Barcinonæ ſeu Ciuitatẽ ab his priuilegijs excludi, neque in omni belli cauſa ſub eis includi, & paruũ aut nullum conſtituerem diſcrimen Inter peſtem, bellum, & famẽ
44 Reipub. pati neceſsitate exiſtente, quamuis maior ab aliquibus putetur cauſa peſtis quã belli, quia maior eſt hoſtilitas Dei quam hominum, Ripa *de peſte in princip. num.* 9. Gaſpar. Anton. Theſaur. *d. q.* 13. *num.* 6. vbi quod exceptione in priuilegio facta de caſu belli, non intelligitur exceptus caſus peſtis, quod bellum diuinum appellat.

Inuenio concluſionem in 45
Regio Senatu 7. Ianuar. 1587. inter Syndicos Ciuitatis Barcinonæ & Logiæ Maris ex vna & conſeruatorem iuris vocati *de les Marques de Arago y de França* & creditores dicti iuris ex altera referente Franciſco Puig facta, qua concluditur quod licet ciues Barcinonæ ſint immunes a ſoluendo quaſcunque impoſitiones per Vniuerſitates Ciuitatum & Villarum huius Principatus impoſitas & imponendas tam per mare quã per terram, etiam in terris Regnorum Coronæ Aragonum & ei applicatorũ & applicandorũ: tamen non ſunt exempti a præſtatione prædicti iuris Marquæ attento quod fuit impoſitum pro cõſeruanda pace inter Reges Aragonum & Franciæ, *quia* (inquit) *caſus publicæ & communis vtilitatis, & pacis conſeruandæ non compræhenditur in priui-*

priuilegijs exemptionum conceſſis Ciuitati Barcinonæ & Logiæ maris, maxime(ſubdit)*quia ex diuturnitate exactionis eius iuris publicè & palam Barcinonæ facta præſumitur eandem Ciuitatē & eius Cōcilium creationi & impoſitioni ipſius iuris cōſenſiſſe & acquieuiſſe*.Et de hoc iure poſtea emanauit cōſtitut.17.curiarum anni 1599.

46 Similiter quod cōſtitutiones Cathaloniæ prohibentes noua vectigalia limitētur in caſu vrgētis neceſsitatis publicæ defenſionis Prouinciç ab hoſtibus & belli defenſiui, reperiuntur variæ Regij Concilij concluſiones, & ſignanter 28.Iulij 1551.& 27. & 29. Aprilis & 10. Maij 1562. & 27. Martij 1574. ſed vt dixi, non quælibet neceſsitas excuſat,& ſœpe fiſci procurator Generalis Cathaloniæ proclamat.

47 Alijs pluribus immunitatis priuilegijs Ciuitas Barcinonæ gaudet,& ſignāter priuilegio Regis Iacobi dat.16. chalendas Aprilis 1266. quo Vniuerſitati Barcinonç concedit quod pecora eius liberè depaſcere poſsint per quçcunque prædia inculta tam priuatorum dominorum quā alia in omni ditione & Regno ipſius Regis ſine incurſu alicuius banni ſeu pœnç, ſoluant tamen damni emendam ſi quod dederint. Vnde quibuſcunque præconijs & præceptis ſiue Baiuli Generalis Cathaloniæ ſiue aliorum regiorum aut aliorum Officialium imponētibus banna pecoribus in aliquibus incultis terris depaſcētibus, nunquā pecora Ciuitatis Barcinonæ comprehenduntur, nec comprehendi valent, & ita obſeruari ſœpe vidi. Et reſpectu territorij Barcinonæ diſponit idem quædam ordinatio Conſulum & proborum hominum ſiue Cōcilij Ordinarij dictæ Ciuitatis facta 24. Nouembris 1477.& fuit deciſū in fauorē Syndici eiuſdem Ciuitatis & arrendatariorum carnium eius & contra hortulanos & terrarū poſſeſſores territorij Barcinonæ referēte Salba 2.Martij 1598. quæ ſententia etiam fundatur quia Ciuitas Barcinonæ 48
ex regijs priuilegijs(ſūt priuilegia Regis Iacobi pridie chalen.

chalē.Iulij 1317.& Regis Petri 20. Februarij & 23. Iulij 1375.& Regis Alphonſi idib. Nouemb.1329.& Regis Iacobi 10.chalendas Februa.1319. quod vltimum eſt *in 2.vol.cōſtitut.cap.1.tit.de ſtatuts,y ordinacions*)poteſt imponere banna in territorio Barcinonæ & in bannorum & pœnarum conceſsionibus perſona concedentis cenſetur excepta.

49 Immunis eſt quoque Ciuitas Barcinonæ provt eius ciues a ſoluēdis decimis & primitijs de certis fructibus,qui in eius territorio colligūtur, & deſignantur *in cap. 37. &* 38. priuilegij *del Recognouerunt Proceres* provt in eodem priuilegio continetur.meminit Ferrer.*3.par.obſer.ca.*278. Gabri.Berat.*in ſpecul. viſitat. cap.*22.*n.*20.& Andræ.Boſch. *de titul.honorific. lib.*4.*ca.*3.§.1. non tamē habent generalem immunitatem non ſoluendi decimas in d. territorio de omnibus fructibus,vt fuit deciſum in Regio Concilio,cōtrarium illis prętendentibus, referente Fontanet 29. Octobris 1598.inter Rectorem Parochialis Eccleſię de Pinu & Franciſcum Famadas & alios, vbi declaratur non conſtare de tali prætenſo priuilegio ciuium Barcinonæ, quinimo priuilegium in corpore iuris Patriæ clauſum vocatum *Recognouerunt Proceres*,concedēs exemptionem decimarum de certis fructibus , firmare regulā in cōtrariū quo ad alios fructus ibi non expreſſos.

Demum Domus Ciuitatis 50
Barcinonæ & eius res & pecuniæ & Officialium perſonæ bona & familiæ, nec non ſchola Barcinonenſis & eius cathedratici & ſcholares ſūt ex regio priuilegio ſub protectione ſeu ſaluaguardia domini Regis , quæ operatur quod ſi quis illorum offendatur, proceditur per viam regaliæ , & contra milites ex militia generoſa agitur ſine partis inſtātia. Eximit etiam a marchis & repreſalijs. Sed 51
ex cōſtitut. 4.*tit.de guiatjes y ſaluaguardas* de quinquennio in quinquenniū in capite Vicariæ eſt publicanda, & alias nō prodeſt. Priuilegia immunitatū quæ corpori Ciuitatis adaptarinō poſſūt ſed ciuibus, non eſt mei inſtituti referre.

EX

Digitized by Google

EX §.XIX.

SVMMARIVM.

1 Menſa cõmunium depoſitorum Ciuitatis Barcinonæ qualis ſit & quæ & qualiter pecuniæ deponantur in ipſa.

2 Priuilegiũ Regis Ioannis mēſę numariæ Ciuitatis Barcinonæ conceſſum.

3 Cõfirmatio priuilegiorum mēſæ numariæ Ciuitatis Barcinonę per Regem Ferdinandũ.

4 Clauarij Ciuitatis Barcinonæ pũcta in mēſa numaria eiuſdem.

5 Puncta prędicta fieri non poſſunt ſi debitum requirit altiorem indaginē. vbi deciſio.

6 Debitum ſi non ſit liquidum, ſed agitur de iure prætenſo, neque ſiſcus poteſt pro eo executiue procedere.

7 Notario ad cuius ſoltam pecunia eſt in mēſa numaria Barcinonæ depoſita an poſſit a iudice præceptum fieri ne ſoltam tollat, ſtantibus priuilegijs dictæ menſę.

8 Quid ſuper hoc declarauerit Regia Audientia.

9 Et quid rurſus ſuper empara facta Notario ſoltę.

10 Notarius ad cuius ſoltã fuit depoſita pecunia in mēſa numaria Barcinonæ quid tantum poſſit cognoſcere.

11 Notarius dicitur iudex cartularius.

12 Dubia Officialium menſæ numariæ Barcinonæ quemadmodum proponantur & declarentur.

13 Solutio per menſam numariã Barcinonæ a debitore facta eſt legitima nec recuſari a creditore poteſt.

14 Moneta in menſa numaria Barcinonæ currēs reputatur in Principatu Cathaloniæ legitima & quiſque eam recipere cogitur. & ibi deciſio.

15 A menſa numaria Barcinonæ ſi quis falſo nomine pecuniam extrabat, cui cedat damnum. vbi votum regiorum Senatorum. & nu. 16. vbi qualis ſubſequatur ſententia.

16 Depoſita facta in menſa numaria Barcinonæ non ſunt propria & vera depoſita ſed impropria & irregularia & mutui naturam ſortiuntur. & n. 17. vbi an in aliquibus ſeruēt priuilegia veri depoſiti.

17 Pe-

17 *Pecunia in menſa numaria Barcinonæ creditori depoſita, ſtatim habetur pro conſumpta, ita vt nulla poſſit fieri auocatio per priorem creditorem hypotecarium.*

18 *Pœna qua puniatur qui falſo nomine ex menſa numaria Barcinonæ pecuniam extrahit.*

Fur pro vno furto non condemnatur in Cathalonia pœna mortis, niſi furtum aſcendat ad ſummam cẽtum librarũ, vel vltra, ibid.

19 *Actio non datur realis, nec hypothecaria, ſed perſonalis creditori quando pecuniæ in menſa depoſitæ transfertur dominium in depoſitarium.*

20 *Bona campſorum ſeu menſariorum in Cathalonia ſunt creditoribus ſuis tacite obligata.*

21 *Menſariorum vnius menſæ numariæ quilibet in ſolidum tenetur actione perſonali & hypotecaria creditoribus in Cathalonia. vbi deciſio.*

22 *Et de hoc affertur opinio Iacobi Cancerij contra alios cõtrarium defendentes, non viſa deciſione.*

23 *Et quid de iure communi.*

24 *Inter creditores menſæ numariæ nõ datur prioritas tẽporis, ſed ſimul omnium ratio habenda eſt, non ſpectato ordine quo depoſuerunt.*

25 *Creditores menſæ numariæ in pecunijs menſæ præferuntur alijs creditoribus menſarij hypotecarijs, non ita ob publicam vtilitatẽ priuilegiatis, licet anterioribus.*

26 *Menſarius quando decoxit, quo ordine creditores vocentur, remiſſiue.*

27 *Libri numulariorũ ſiue cãpſorum quam fidem faciant iure communi.*

28 *Et quid in Ciuitate Barcinonæ.*

29 *Libri menſæ numariæ Ciuitatis Barcinonæ quam fidem faciant.*

30 *Computum ſuum in menſa numaria Barcinonæ an & quando alicui ab officiarijs menſæ oſtendatur.*

§.XIX.

§. XIX.

De Argẽtaria ſeu mẽſa communium depoſitorum Ciuitatis Barcinonæ.

1 FAmatiſsima, pariterque ditiſsima & probatiſsimæ fidei atque & indeficiẽtis pecuniæ eſt duplex menſa numaria quã Ciuitas Barcinonæ habet vbi omnes pecuniæ huius pręſertim Principatus Cathaloniæ, ſiue domini Regis, ſiue Generalis ipſius Prouinciæ, ſiue Eccleſiarum, ſiue Vniuerſitatũ omnium Ciuitatum Villarum & Oppidorum, ſiue ſingularium pręter pecunias prędictę Barcinonenſis Ciuitatis deponũtur, non regulariter vt eadem pecunię in eadem ſpecie quaſi obſignatę vel in ſacco clauſæ reddantur, etſi non paucæ, vt & multi theſauri hac lege ibi cuſtodiantur, ſed vt eadem numero ſumma pecuniæ quandocunque petentibus creditoribus reſtituatur.

Hanc menſam Rex Ioannes inſigni ſuo priuilegio Ciuitati Barcinonę 16. Octobris 1472. cõceſſo celebrem ac tutiſsimam fecit, quo ſecuram reddit & guidat eandem mẽſam & omnes pecunias in ea depoſitas, ita vt neque per ſuũ Locumtenentem Generalem neque per aliquem eius officialem vel alium quemcunque poſsint ſequeſtrari, emparari, vel quoquo modo detineri, neque prætextu alicuius debiti ciuilis, neque prætextu alicuius criminis vel delicti, etiam læſæ Maieſtatis in quocunque capite. Præterea in curijs generalibus Regis Ferdinandi Secundi ſub anno 1503. *cap.* 42. quæ eſt cõſtitutio vnica *tit. de la taula de la Ciutat de Barcelona* attento maxime commodo & beneficio quod ex ſupradicta menſa nõ ſolum Principatus Cathaloniæ ſed etiam alia plura Regna & ditiones ſuæ Maieſtatis percipiebant, ſancitum fuit vt omnia priuilegia eidẽ menſæ per ipſum Ferdinandum Regem & prædeceſſores ſuos conceſſa inuiolabiliter

Z 2 ter

ter ab omnibus obſeruarētur.

4 Seruatur ad vnguem Regis Ioānis priuilegiū: ſed quia ex tritiſsimis iuris regulis quod in fauorem conceſſum eſt, nō debet in odium retorqueri, & illud priuilegiū Ciuitati indultum eſt, & ex alio Regis Ferdinandi priuilegio, cuius ſuo loco meminimus, Clauarius ipſius Ciuitatis debitores eius exequitur, inde quotidie efficitur quod nō obſtāte priuilegio eiuſdem menſæ aduerſus huiuſmodi debitores habētes in ea pecunias depoſitas dictus Clauarius punctū (vt noſtri loquūtur) in eadē mēſa facit, id eſt præceptū menſarijs ne ſinant tales debitores ex ſuis computis in menſa præfata quicquam expendere vel recipere donec

5 Ciuitati ſatisfactum ſit. Non tamen poteſt Ciuitas Barcinonę vel ipſius Clauarius impedire alicui creditori menſæ vſum pecunię, ſi res requirit altiorem indaginem. Vnde 26. Iunij 1508. in facto Michaelis Carauau Mercatoris, cōtra Syndicū Ciuitatis Barcinonæ fuit in Regio Senatu referēte Ortit; cōcluſū quod attento prætenſa per dictum Syndicum exigebant altiorem indaginē, & attenta cautione per ipsū Carauau oblata, poterat idem Carauau vti pecunijs quas in menſa communium depoſitorum prædictæ Ciuitatis habebat, & poterat dicere & ſcribi facere eas illi vel illis quibus ipſe vellet. Nam vbi debitum nō 6 eſt liquidum ſed agitur de iure prætenſo quod diſcuſsionē & altiorem indagationē deſiderat, neq. fiſcus poteſt executiue procedere *l. pen. C. de delator. lib.* 10. Peregri. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. num.* 5. *& ſeqq.* Oliba. *de iur. fiſc. cap.* 15. *num.* 3. *&* 4. alios ad id congeſsi DD. in *lib. de offic. iud. & aduoc. par.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 96.

Cum ex citato priuilegio 7 in menſa argētaria iſtius Ciuitatis non poſsit alicuius pecunia emparari ſequeſtrari vel detineri, quęritur ſi in hac menſa in alicuius creditū depoſita ſit pecunia ad ſoltam (vt aiunt) ſeu deliberationem notarij alicuius, an ex cauſa iuſta citra violationem ipſius priuilegij poſsit a iudice fieri pręceptum notario ne ſoltam tollat.

Digitized by Google

tollat. Dico nihil proponi cur
non poſsit expediri: cũ enim
pecunia illa non fuerit liberè
depoſita creditori ſed iudicio
notarij liberanda, quod ſub-
ditum eſt boni viri id eſt iu-
dicis cognitioni & iudicio,
merito aſſerendum eſt præ-
cepto priuilegium non obſta-
re, maximè quia cum manda-
ta iudicis non fiunt menſarijs
& numularijs ipſius menſæ,
minus difficultatis res habet.
8 Sic 11. Decembris 1509. & ite-
rũm & melius licet per maio-
rem partem Senatorum 3. Ia-
nuarij 1610. fuit deliberatum
& concluſum in Regio Con-
cilio mandatum factum cui-
dam notario quod non tollat
ſoltam pecuniarum in men-
ſa cambij Barcinonæ depoſi-
tarum eſſe iuſtum & legiti-
mè factum & non eſſe contra
priuilegium ſeu guidaticum
9 ipſius menſę. Verum eſt quod
10. Februarij 1541. inter Gaſ-
parem Vincentium Compte
& Petrum Compte referente
Clariana reperitur alia Regię
Audientię concluſio, qua fuit
deciſum pro obſeruantia pri-
uilegiorum & guidaticorum
Ciuitati & menſæ numariæ
Barcinonæ conceſſorum em-
paras in curia Vicarij Ioanni
Llunes notario ratione ſoltæ
appoſitæ in partita ſcripta in
dicta mẽſa dicto Gaſpari Vin-
centio Compte factas per di-
ctum Petrum Compte fidei-
commiſſarium pro ſecuritate
fideicommiſsi, cancellandas
eſſe. Et 30. Maij 1581. inter Lu- 10
douicum Deſualls & Petrum
Mambla Notarium publicum
Barcinonæ referente Vilana
extat alia Regij Senatus con-
cluſio, qua fuit reſolutũ No-
tarium ad cuius ſoltam pecu-
nia fuit depoſita in menſa cõ-
muniũ depoſitorum, tantum-
modo ante ſoltã teneri cog-
noſcere an creditor cui pecu-
nia ſcripta eſt, firmauerit apo-
cham & definitionem, & non
an illam recipere poſsit. Fa- 1
cit quia tabellio dicitur iudex
cartularius, vt notatur *in au-
then. de tabellionib. in princ.* vbi
de eorum officio agitur.

Obſeruatur in Domo Ci- 12
uitatis Barcinonæ praxis an-
tiqua quod ſi notarius prędi-
ctæ menſæ vel numularij &
officiales librorum eius quic-
quam dubitant ſuper admit-
tenda vel reijcienda aliqua
partita,

partita, formant & a partibus intereſſe habentibus cōpelli poſſunt formare dubium in ſcriptis & dominis Conſulibus illud offerunt, qui id in calce dubij per ſcribam maiorē alteri ex aduocatis eiuſdem domus cōmittunt, iſque auditis officiali & parte, vocato etiam nō nunquam Syndico Ciuitatis & diuerſis aliquādo porrectis ſcedulis prouidet quod iuris eſt, & dubiū ſua prouiſione vernacula lingua declarat mandando officiali quod admittat vel repellat partitam, de qua agitur.

13 Non poteſt in hoc Principatu creditor aliquis ſolutionem ſui debitoris per partitam menſæ Ciuitatis Barcinonę factam recuſare, quia legitima cenſetur ſolutio ſicut quæ fit pecunia numerata & ita quotidie declaratur in iudicijs, quod ex conſtitutio. 2. *tit. de depoſitaris, y depoſits de execucions* cōfirmatur, vbi pecuniæ ab executionibus debitorum proceſſę in menſa prędicta iubentur deponi, nec nō conſtitutio. vnic. *tit. de la taula de Barcelona* vbi hæc menſa a Principatu Cathaloniæ approbatur & eius priuilegia omnia ſeruari pręcipitur. Si- 14
militer moneta in pręfata mēſa currēs, ſemper in hoc Principatu reputatur legitima & quiſque eam accipere compellitur. Sic 5. Octobris 1492. inter Petrum Mas & pupillos Vallterra referente Mag. Regente Regiam Cancellariam fuit in Regio Senatu deciſum quod ſolutio facta de moneta, quæ currit in tabula Ciuitatis Barcinonæ, eſt legitima ſolutio: quia illa loco monetæ de terno ſoluitur.

Quid ſi falſo nomine, falſis 15
litteris, falſo procuratoris mādato aut alia falſitate cōmiſſa ex menſa cambij ſiue depoſitorum Barcinonæ & alieno computo quis pecuniam furtiuè extrahat? Nunquid cedet damnum creditori menſæ vel Ciuitati? Pro huiuſmodi caſu olim Ciuitas conſuluit (vt ex licentia Proregis aliquoties conſulere ſolet) quoſdam ex Regijs Senatoribus inter quos erat doctiſsimus Senator Hieronymus Aſtor, & reddito in ſcriptis voto, quod adhuc in domo Ciuitatis cuſtoditur, cōſuluerunt Ciuitati ipſam creditori

ditori teneri eandem pecunię
quantitatem ſoluere,neq.cre-
ditoris fuiſſe periculum ſed
Ciuitatis, ſiue culpa aliqua ſi-
ue ſine culpa lata,leui, vel le-
uiſsima numulariorum & of-
ficialium menſæ caſus euene-
16 rit : quia huiuſmodi depoſita
pecuniarum quæ non dantur
obſignatæ & in ſacco clauſæ
vt eadem in ſpecie reddantur,
ſed eadem tantum quantitas
& numerus expectatur , non
ſunt propria & vera depoſita
ſed impropria & irregularia
& mutui naturam habent,nã
dominium & poſſeſsio pecu-
niæ in depoſitarium transfer-
tur,vt ea ad libitum vtatur,ad
tex.*in l. naue Sauphei & ibi per*
illum tex DD. ff. locat. & in l.
2.& ibi Ripa *a nu.*8.*cum.ſeqq.*
*ff.ſi cert.petat.*Hoc votum meo
tempore in informationibus
ſimilium caſuum exhibebant
Ciuitati creditores menſę,qui
ſuis erant fruſtrati pecunijs,&
ſecũdum illud in fauorem cre-
ditorum facili negotio pluries
Aſſeſſores Ciuitatis declaraui-
mus , dato regreſſu eidem Ci-
uitati contra officiales menſæ
ſi culpa laborarent.Poſt ſupra-
ſcriptũ votũ puto noſtros mu-
nicipes ſapientiſsimos DD.in
terminis eandem ſententiam
tradidiſſe & comprobaſſe,Can-
cer.*var.part.*3.*cap.*8.*num.*63. *cũ*
*& ſeqq.*Peguer.*tom.*1.*deciſ.*38.*n.*
2.4.*&* 7.Fõtanell.*de pact.nup.*
*tom.*2.*clauſ.*5.*gloſ.*8.*part.*7.*n.*13.
*& ex num.*6.*vſq.ad num.*21. &
idem docuerunt Vincent.Hõ-
dede.*conſ.*43.*vol.*2. Anton.Go-
mes *tom.*2.*variar.cap.*7. *num.*3.
Caſtil.Sotoma.*controuerſ.iur.li.*
3.*cap.*16.*num.*35 *&* 37. Gaſpar
Roderic.*de annuis reddit. lib.* 3.
*quæſt.*11.*num.*37.Ladetchi.*conſ.*
133.*num.*11. Mantic. *de tacit. &*
*am.big.conuentio.lib.*10.*tit.*2. *nu.*
10.Capel.Toloſ.*quæſt.*168.Bar-
tol. *in l ſi mora* 2. *part. ex num.*
82.*ff.ſolut. matri.* Inde Petrus 17
Fontanell. ſupracitato loco in-
fert ad multa valde notanda,&
præſertim quod ſtatimatq.per
debitorem eſt dicta & ſcripta
pecunia in menſa ſuo credito-
ri habetur pro conſumpta, ita
vt nulla poſsit per priorẽ cre-
ditorem hypothecarium præ-
tendi auocatio quaſi extantis
pecuniæ,& tamẽ cenſet & pro-
bat prædicta depoſita, etſi irre-
gularia & impropria,tamen in
aliquibus cõſeruare priuilegia
veri & proprij depoſiti.

Alia

Digitized by Google

18 Alia quæſtio eſt qua pœna puniatur is qui falſò procuratoris nomine vel falſis litteris ex argentaria Barcinonæ & alieno computo pecuniam extraxit, pro qua quæſtione adeundus eſt Micha. Ferrer. *3.par.obſer.cap.*360. & poſt eũ Deſpui.ad Mier.*lit.F.in verb. furti pœna.* vbi quod licet regulariter in Cathalonia fur pro vno furto non condemnetur pœna mortis niſi furtũ aſcendat ad ſummam centum librarũ vel vltra ex Peguer. *deciſ.*27. *num.* 8. tamen is qui falſo mãdati inſtrumẽto quãdã pecunię quantitatẽ,quãuis modicã a præfata menſa Barcinonæ extraxit, pœna mortis naturalis per Regium Cõcilium condemnatus fuit, nõ tamen concordi omnium voto ſed maioris partis, quæ vt Ferrerius annotat,conſiderauit præcipuè ſaluum conductum & guidaticũ dictę menſæ,& furtum rei Ciuitatis ac pecunię publicę.Pro quo cõducit tex. *in* §.*item lege Iulia peculatus Inſtit.de public.indic.* Peguer.*d.dec.*27.*num.*5.

19 Quamquam iure communi quando pecunię in menſa depoſitę transfertur dominium in depoſitarium vt ipſe ad libitum vtatur pecunia, nõ datur creditori actio realis nec hypothecaria ſed perſonalis, vt animaduertit Peguer.*tom.* *1.deciſ.*38.*nu.*14.tamen in Cathalonia adeſt conſtitutio Regis Iacobi Secundi in Curia Ilerdæ quæ eſt 2. *tit. de depoſits,y cambiadors*, qua cauetur bona campſorum ſeu menſariorum creditoribus ſuis ita tacite obligari, ac ſi ſcriptura publica dicta bona eſſent eis generaliter, aut ſpecialiter obligata, itaq. iudicatum refert Peguer.*d.deciſ.*38. *nu.*15. & 17.& docent Cancer. *variar.par.*1.*cap.*22.*in noua editio.* *nu.*33.Fontanell.*d.clauſ.*5.*gloſ.* 8.*part.*7.*num.*12. vbi alia Regij Senatus deciſione confirmat.Imo ſi ſint plures menſarij vnius mẽſæ numariæ quilibet eorum inſolidum tenetur actione perſonali & hypothecaria.ſicque 4. Noueb. 1573. inter Ioannen Çacirera & Narciſum Ferran referente Ferrer in Regio Senatu per maiorem partem Senatorum fuit deliberatũ & concluſũ quod creditores banchi

ſiue menſæ argentariæ habēt
hypotecata omnia bona ban-
cheriorum ſiue menſariorum
& cuiuſlibet eorum inſolidū
& poſſunt perſonali & hypo-
thecaria actione agere contra
ipſos & eorum quemlibet in-
22 ſolidum. Quam deciſionē non
vidit ſed magni feciſſet Can-
cer. *Variar. part. 1. d. cap. 22. in*
noua editio. num. 35. vbi iſtam
opinionem quod in Cathalo-
nia ſi ſint plures menſarij ſi-
ue bancherij vnius menſæ,
quilibet teneatur inſolidum,
multis defendit & tenet con-
tra quoſdam aduocatos con-
23 trarium ſentiētes, licet de iu-
re communi quilibet regula-
riter pro virili teneatur ex
prædictis menſarijs, vt reſol-
uit Meſtril. *deciſ.* 135. & in caſu
de quo Cancerius tacitis par-
tiū nominibus loquitur, ego
multis ab hinc annis conſul-
ui, & allegationes in ſcriptis
24 In lucem edidi. Non datur ta-
men prioritas temporis inter
creditores menſæ, ſed ſimul
omniū ratio habenda eſt non
ſpectato ordine quo depoſue-
runt, Ioan. Gutier. *pract. qq. li.*
3. quæſt. 100. *num.* 15. Peguer. *d.*
25 *deciſ.* 38. *nu.* 16. *&* 17. vbi etiam
quod in pecunijs mēſę præfe-
runtur alijs creditoribus mē-
ſarij hypothecarijs, non ita
ob publicam vtilitatem pri-
uilegiatis, licet anterioribus,
Cancer. *part. 3. cap. 8. num.* 64. 26
qui & *part. 1. d. cap. 22. num. 33.*
& part. 3. d. cap. 8. num. 70. re-
miſsiué tradit quando menſa-
rius decoxit, quo ordine cre-
ditores vocentur.

Iure quidem communi li- 27
bri numulariorū ſiue campſo-
rum non probant pro ſcribē-
te, ſed contra ſcribentem, Ab-
bas *in cap. 2. de fide inſtrument.*
Bart. Iaſon & communis DD.
ſchola *in l. admonendi ff. de iur.*
iurand. Couar. *in pract. cap. 22.*
num. 8. pro tertio autem vel
contra tertium ſi ſint iurati,
faciūt ſemiplenam probatio-
nem, Iaſon *in d. l. admonendi n.*
134. Cancer. *part. 1. in noua edi-*
tio. cap. 22. nu. 7. & 10. At Bar- 28
cinonæ ex priuilegio Petri
Secundi eidem Ciuitati 3. Idus
Ianuarij 1283. *cap.* 57. conceſſo
vulgo vocato *Recognouerunt*
Proceres in 2. Vol. conſtitut. ſub
tit. de las conſuetuts de Barcelo-
na libris campſorum ſi ſint
iurati penes Vicarium Barci-
nonæ, plena fides adhibetur

ſuper ſolutionibus per eoſdẽ cãpſores factis alicui creditori nomine ſui debitoris, quod Cancer. *d. cap. 22. num. 26.* declarat procedere etiam ſi iſti libri ſeu eorum partitæ alibi extra Barcinonam producan-
29 tur. Qua ratione & quia menſa numaria Barcinonæ eſt approbata expreſſa conſtitutione 1. *tit. de la taula de Barcelona,* & ex generali & inuiolabili cõſuetudine libri præfatæ mẽſæ pro Ciuitate & contra Ciuitatem & pro tertio & contra tertium pleniſsimam fidẽ faciunt, quid quod liber omnium partitarum regitur per vnũ ex notarijs publicis Barcinonæ, qui de illis fidem fa-
30 cit. Nemini autem in hac mẽſa per officiarios eius oſtenditur computum ſui debiti & crediti in libris publicis, niſi prius iurauerit ſe nullum cõfeciſſe vel habere computum aut librum ſuarum rationum.

EX §. XX.

SVMMARIVM.

1 *NOminari quomodo ſolebant olim Concilium generale Romæ, eiuſque Conſiliarij, & Priores ipſorum.*

2 *Et quomodo in Colonijs Romanis qualis erat Barcino.*

3 *Legatum 7500. talentorum a Ceelio Optato Barcinonenſi Concilio relictum.*

4 *Concilium Ciuitatis Barcinonæ nomine ſapientis donatũ.*

5 *Decurionum Concilij Barcinonenſis zelus circa ſua priuilegia ab hiſtoricis relatus.*

6 *Concilium generale alicuius Vniuerſitatis quid ſit.*

7 *In Cancilio Barcinonæ omnes olim per capita domorum congregabantur iuſſu Vicarij, & vbi & quomodo.*

8 *Iuramentum Vicarij & Baiuli Barcinonæ de non conuocando Parlamentũ generale niſi ad requiſitionem Conſulum eiuſdem, & quod hoc ſit.*

9 *Concilium Barcinonæ in Cœnobio ſanctæ Catherinæ Marthyris congregatum & quo tempore & vbi.*

10 *Concilium Barcinonæ in Cœnobio ſancti Frãciſci congregatum, & quando & quomodo.*

Et quo anno in proprijs ædibus cæpit conuenire.

11 *Quot eſſent olim de Concilio Bar-*

Barcinonæ pro diuerſitate tẽporis & priuilegiorum vſque hodie.

12 *Concilium ordinarium Barcinonæ qualiter fiat ex Concilio generali.*

13 *Conciliorum centumuiralis & Ordinarij Barcinonæ poteſtas.*

14 *Concilium generale alicuius Vniuerſitatis quid poſſit.*

15 *Decreta Concilij parui alicuius Vniuerſitatis reſcinduntur per Concilium magnum.*

16 *Concilium Barcinonę ex quorum ordinum perſonis olim componebatur vſq. ad annum 1455.*

17 *Et poſtea ab anno 1455. ex priuilegio Alphonſi.*

18 *Milites in Concilio Barcinonæ quo tempore cæperunt admitti & quot numero & quemadmodum.*

19 *Concilium Barcinonæ hodie quot hominibus cõſtat, & quorum ordinum, & quorũ præſentia ſufficiat ad habendum Concilium.*

20 *Et quid de iure cõmuni, quidque in alijs Vniuerſitatibus Cathaloniæ.*

21 *Nobiles quando & quot & quemadmodum ingreſſi ſunt Concilium Barcinonæ.*

22 *Milites quando non poſſint intereſſe in Concilio Barcinonæ, vbi & quid de Conſule milite. Barones an ſemper poſſint intereſſe in Concilio Barcinonæ ſi non ſunt milites. ibid.*

23 *Concilium Vniuerſitatis debet conuocari authoritate Superioris ſeu Domini iuriſdictionis, qui tamen niſi ex iuſta cauſa, non poteſt negare licentiam Vniuerſitati ſe congregandi, & ibi deciſio.*

24 *Quid de Concilio Ciuitatis Barcinonæ ſiue Centumuirali ſiue Ordinario.*

25 *In Cõcilio Vniuerſitatis præſens eſſe debet dominus iuriſdictionis ſeu eius officialis, niſi de ipſius intereſſe tractetur & quid de Concilio Barcinonæ.*

26 *In Concilio Ordinario Barcinonę quę tractẽtur & agãtur & per ipſũ expediantur.*

27 *Recurſus Officialium Barcinonæ a Concili Centumuirali ad Ordinarium dantur, & quando ac quomodo.*

28 *Conſules Barcinonæ an & quando ſuffragium ſuum ferant in Concilio ſiue magno*

ſiue paruo & in cõgregationibus perſonarũ ipſius Ciuitatis & quo ordine uoueant.
Viſitatio Officialium Ciuitatis Barcinonæ ex priuilegio Philippi. ibid.

29 *Sententia quæ præualeat in Concilijs & congregationibus Ciuitatis Barcinonæ.*

30 *Decreta Concilij Vniuerſitatis vt valeant, maior pars intereſſentium Decurionum cõſentire debet & an ad maiorem partem attendatur perſonarum dignitas.*

31 *Maiori parti ne ſtetur in actibus Vniuerſitatis non valet ſtatutum vel conſuetudo.*

32 *Conſules Barcinonæ an liberam habeant facultatem proponendi quæ velint tam in magno quam in paruo Concilio & an aliquid in hoc poſſint Decuriones & quis dirimat controuerſiam.*

33 *Cõciliũ centũuirale Barcinonę de quibus cognoſcat & puniat & quemadmodũ. & nu. 34.*

34 *Conſules Barcinonæ an poſſint cognoſcere de exceſſibus Decurionũ Concilij vel inſtare contra eos in regia Curia.*

33 *Cõcilium Barcinonæ nihil poteſt decernere contra regia priuilegia: poteſt tamen illa ad vſum ſuum interpretari prout vtilius eſt Reipublicæ. vbi deciſio regia hoc declarans. & num. 36.*

36 *Vniuerſitas poteſt ad vitandas fraudes eligere ad ſortes quos ſolita erat antea eligere ad voces, non obſtante regio priuilegio, quod primo modo fuerat obſeruatum.*
Verbum, eligo, *ſui natura æqualiter cõprẽhẽdit electionẽ ad ſortẽ & ad voces ibid.*

37 *Tabelliones cum de actibus Concilij Vniuerſitatis inſtrumentum conficiunt, an debeãt exprimere nomina Decurionum intereſſentium Concilio. vbi & deciſio. Et quid de Cõcilio Barcinonæ. & num. 38.*

39 *Vniuerſitatis an cenſeatur actus, cum in inſtrumento dicitur quod homines talis Oppidi deliberarunt.*

40 *Actus facti intus domos Concilij, probari poſſunt per eoſdem de Concilio.*
Teſtes de Vniuerſitate nõ probãt in cauſis decimarũ. ibid.

41 *Concilium vt ſit legitime cõgregatum, requiritur vt omnes conſiliarij vocentur, licet ſufficiat quod interſint duæ partes*

partes Concilij in eodem.

42 Statuta omnium conſenſu facta reuocari poſſunt a maiori parte.

43 Statutum requirens ad aliquem actum conſenſum omnium tollitur contrario ſtatuto maioris partis, niſi ſit cõfirmatum a Principe.

44 In actibus mœre voluntarijs an requiratur conſenſus omnium de Concilio.

45 Decuriones nõ ſeparatim, ſed ſimul in loco aſſueto debent ſua ſuffragia ferre.

46 Abſentes a Ciuitate an & quando ſint vocandi ad Concilium, & an eorum vel recedentium abſentia noceat.

47 Concilium facere poſſunt tres homines.

48 De Conſilio Vniuerſitatis an pater & filius atque duo fratres poſſint eſſe, & vnius ſuffragium prodeſſe alteri.

49 Actus geſtus per Vniuerſitatẽ in qua ſunt perſonę habiles & inhabiles an validus ſit.

50 Decretũ Concilij an valeat ſi non appareat de propoſitione.

51 Decurionatus eſt dignitas & quæ ſint Decurionum priuilegia, vbi plura recenſentur.

52 Decuriones niſi expreſſe cõtra dicant quando aliquid damnoſum & illicitũ tractatur in Cõcilio, tenẽtur & puniũtur.

53 Decreta Cõcilij Vniuerſitatis in fauorem aliquorum facta an reuocari poſſint.

54 A Cõcilio deputati pro aliquo negocio an poſſint alios in locum ſuum ſubſtituere.

55 A Concilio deputati cẽſentur deputati ipſi vel maior eorum pars, debẽt tamẽ vocari omnes.

56 A Concilio deputati non poſſunt aliquid prouidere contra ſtatuta Vniuerſitatis, niſi in caſu vt hic.

§. XX.

De Cẽtumuirali Concilio Ciuitatis Barcinonæ, tum etiam de Ordinario.

SICVT olim Conciliũ generale Vniuerſitatis Ciuitatis Romanę appellabatur *Senatus*, & qui erãt de hoc Con- 1

Digitized by Google

Cōcilio, *Senatores*, Priores vero & Præſidētes eiuſdē Con-
2 cilij & Ciuitatis, *Conſules:* ita in Colonijs Romanis, qualis erat Ciuitas Barcinonę, Concilia Vniuerſitatum vocabātur, *Curiæ*, & qui erant ex his Concilijs, *Decuriones;* Priores vero & Prę ſidētes huiuſmodi Conciliorum & Vniuerſitatum, ſi erant duo, dicebantur *Duumuiri*, ſi tres, *Triumuiri*, & ſic de alijs. ita obſeruant Paul. Manuti. *de antiqu. Roman.* Aul. Geli. *lib.* 16. *ca.* 13. Piſa. *lib.* 1. *ca.* 1. *&* *cap.* 11. Pujad. *lib.* 4. *ca.* 35. & notant quoq. gloſ. & Ioan. de Platea & alij DD. *ad rubric. C. de decurionib. & quibus modis a fortuna curiæ liberentur, lib.* 10.

3 Fuit tempore Romanorum inſigne & celebre Concilium & regimen Ciuitatis Barcinonæ: Vnde in notis antiquis domus eiuſdem, vt refert eius Syndicus Stephan. Bruniq. *in apolog. cap.* 1. *num.* 70. legitur Imperāte Romanis Marco Antonio, qui anno 164. a Chriſto nato regnare cepit, Luciū Cecilium Optatum teſtamēto legaſſe Conſulibus & Concilio Barcinonenſi 7500. talenta, quæ fœnori darent pro ludis publicis quot annis 4.
idus Iunij celebrādis. A tem- 4
pore immemorabili hoc Cōcilium donatum fuit nomine ſapientis, quod tanquam proprium, debitumque ſibi merito ac iure optimo acquiſiuit ita vt ſapientis Cōcilij appellatione intelligatur iſtud Cō-
cilium. De eius Decurionibus 5
dixit Ioan. Boter. *in relatione vniuerſali orbis* quod magna cura priuilegia ſua zelantur & etiam pro minimis conſeruandis magnos ſumptus erogant.

Cum Concilium generale 6
alicuius Vniuerſitatis, Ciuitatis, vel Oppidi ſit congregatio totius populi per capita domorū, vt declarat Bart. *in l. ambitioſa de decret. ab ordi. facien.* Anton. Theſaur. *deciſ.* 257. Nicol. Lozæu. *de iur. Vniuerſ. part.* 1. *ca.* 3. *nu.* 49. *& part.* 3. *cap.* 11. niſi ex Principis priuilegio ſit minori numero vicem populi repreſentans, vt docet Alphonſ. de Azeuedo *de curia* Piſana *lib.* 2. *cap.* 18. *n.*
22. tale fuit antiquitus Con- 7
ciliū generale Ciuitatis Barcinonæ. Omnes ciues per ca-

pita

pita domorum in Cōcilio cōgregabātur iuſſu Vicarij Barcinonæ voce pręconia in platea quæ vocatur adhuc platea Regis. Sedebant Conſules in gradibus lapideis aulę regię, nunc adhuc exiſtentibus: & cœteri de Concilio in eadem
8 platea. Propterea Vicarius & Baiulus Barcinonæ hodie in ingreſſu ſuorum officiorum & quot annis in Concilio cētumuirali iurant penes Conſules Barcinonæ quod niſi ad eorundem Conſulum requiſitionē non conuocabunt parlamentum generale, quod eſt prædictum Concilium totius populi, quod in præfata pla-
9 tea iungebatur. Deinde conuenit Conciliū generale Barcinonæ in Cœnobio Fratrum Prædicatorum ſanctæ Catherinæ Marthyris in capella SS. Virginū, quæ prope ianuam ipſius Conuentus ad manum ſiniſtram exiſtebat ſumptibus (vt fertur) dictæ Ciuitatis cōſtructa, nunc autem ex ea factum fuit hoſpitium extero-
10 rum. Poſtea tranſlatum fuit Concilium ad Monaſterium ſancti Franciſci, quo veniebant Conſiliarij cum magna pompa & celebritate tubarum & tympanorum, & hic fuit exiguo tempore celebratum: nam cito Ciuitas emit ædes, quæ eſt hodie Ciuitatis Domus, in cuius aula magna fuit habitum primum Concilium anno 1369. vt notat Bruniq. *in d. apologia cap. 5.*

Sexto Chalendas Auguſti 11
1245. Rex Iacobus Conſulibus Barcinonæ conceſsit vt ipſi tot quot vellent in exitu ſui muneris eligerent homines qui conſtituerent Concilium Ciuitatis: ſed anno 1257. Rex ſanxit quod eſſent ducētū, & anno 1274. quod eſſent numero centum eligendi ſingulis annis in die Sancti Andreæ, & anno 1387. ex nouo priuilegio Regis Ioannis cōſtituti ſunt cētumuiginti pro Concilio Ciuitatis, & anno 1455. alio priuilegio fuerunt 128. & anno 1493. additis ſexdecim ciuibus fuerūt alio priuilegio 144. vt hodie ſunt ex dicto priuilegio anni 1493. & alio anni 1498. Regis Ferdinandi & faciunt Concilium generale, quod nihilominus vocatur centūuirale ſeu Con- 12
cilium centum Iuratorum, &

ex

ex hoc facta quolibet anno ad ſortem in quatuor partes diuiſione ita vt ſingulæ partes pro tribus mēſibus inſeruiāt, creatur Conciliū paruū, quod nominatur Concilium Ordinarium ſiue *Trentenari*, licēt 36. homines cōtineat ſcilicet, octo ciues, quatuor milites, octo mercatores, octo ar-
13 tifices, octo fabros. Cōcilium cētūmuirale pleniſsimam habet in domo Ciuitatis poteſtatem & tantam quantā Cōſules & omnes Officiales Ciuitatis nec non Conciliū Ordinariū habent & multo maiorē & eſt ſuper omnes illos, & illud. Cōcilium autem Ordinarium limitatam facultatem gerit. quod cōgruit cum doctrina Alphonſi de Azeuedo de curia Piſana *lib.2.ca.18.*
14 *num.22.* vbi aſſerit Concilium magnū generale alicuius Vniuerſitatis poſſe omnia quæ a Principe vel lege diuina ſeu humana ei prohibita nō sūt. & doctrinæ Bart. *in l. ambitio. num. 6. ff. de decret. ab. ordi. faci.*
15 vbi ait regulariter decreta Concilij parui Vniuerſitatis poſſe reſcindi per Concilium magnum generale ipſius.

Vſq. ad annū 1455. licet Cō- 16
cilium Barcinonæ ex perſonis omnium ordinum ſeu (vt vulgo dicitur) ſtamentorum componeretur, multo tamen maiori numero erat ex ciuibus honoratis Barcinonæ, id eſt ciuibus qui nulla manuum ſuarum opera ex redditibus bonorum ſuorum vitam ducebant, qui eo iam tempore ex antiqua conſuetudine priuilegio militari fruebantur, vti hodie ex priuilegio Regis Ferdinandi anni 1510. & Caroli Quinti anni 1537. iuxta eorundem priuilegiorum formā gaudēt. At anno 1455. 17
Rex Alphonſus ſuo priuilegio diſpoſuit quod prędictum Concilium ex perſonis omnium ordinum ęquali numero conſtitueretur, & idem in nominationibus perſonarum pro negotijs Ciuitatis tractādis obſeruaretur. Sed milites 18
ad regimen & Cōcilium Ciuitatis non fuerunt admiſsi vſque ad annum 1498. quo illos admiſit priuilegiū Ferdinādi, & idem Rex alio priuilegio anni 1510. cauit quod in præfato Cōcilio ſexdecim eſſent milites ita tamen quod

vnus

vnus appellaretur ordo ci-
uium ſcilicet honoratorum,
non militum, neque milites
in ſedendo vel loquendo ci-
uibus præcederent , ſed ex
19 omnibus antiquiores,& hic
ſtatus hodie ſeruatur per ſu-
pra relata priuilegia, ſicque
centumuirale Concilium eſt
144. perſonarum, nempe 32.
ciuium,16 militum,32. mer-
catorum,32. artificum, & 32.
fabrorum,& nota quòd dum
præſens adſit maior pars di-
ctorum 144. hominū in Cō-
cilio, nō habita ratione quod
ex omnibus ordinibus adſint,
neq; ſi totus vnus ordo abeſ-
ſet, celebratur Concilium,&
reputatur legitimum, quam-
20 quam de iure cōmuni vt di-
catur legitime cōgregatum,
requiritur prçſentia duarum
ex tribus partibus eorum qui
ſunt de Concilio *l.2. & 3.ff.
de decret.ab ordin.facien.glo.in
l.quod maior.ff.ad municipa.&
in l.2.verb.ſolenniter C. de de-
curionib.lib.*10. Nicol. Loſe.*de
iur.Vniuer.par.*1.*cap.*3.*num.*75.
Theſaur.*deciſ.*257. *num.*3. &
ita ſeruatur in alijs Vniuer-
ſitatibus Cathaloniæ pro vt
eſt de iure cōmuni , & tabel-
lio in ſuo inſtrumento debet
fidem facere quod aderant
duæ ex tribus partibus cōſi-
liariorū, in quo illi creditur
donec probetur contrarium.
Alex.*cōſ.*195.*n.*3.*&* 4. *vol.*7.
Rolan. *conſ.*90.*num.*7. *vol.*1.
Loſe.*d.cap.*3.*nu.*77. Tandem 21
anno 1621. priuilegio Phi-
lippi Regis regimen & Cō-
cilium Ciuitatis Barcinonæ
ingreſsi ſunt nobiles, qui an-
tea nūquam, etiam inter mi-
lites ingreſsi fuerant , & in
prædicto Concilio ſic admit-
tuntur quod ex dictis ſexde-
cim militibus quatuor ſint
nobiles,& reliqui duodecim
ſint ſimpliciter milites. Ve- 22
rū eſt quòd per prædicta pri-
uilegia milites nō interſunt
nec ſuffragium ferunt in Cō-
cilio Centumuirali quādo in
eo de negocijs ad Comitia
Principatus ſpectātibus agi-
tur: hæc tamen intereſſentia
& votum in eodem Concilio
& rebus non denegatur Ba-
ronibus ſi non ſint milites,
licet Comitia ingrediantur
tanquā Barones, nec pro his
negocijs excluditur a Con-
cilio Conſul militaris ordi-
nis , qui neque dicta Comi-

tia ingredi poteſt ex interpretatione Hieronymi Albanell anno 1503.

23 Iure communi Concilium Ciuitatis debet cõuocari authoritate Superioris & aliàs conuocatio non valet,& omnes actus Concilij nulli ſunt *l.2.cũ.glo.ff.de decret.ab ordi. facien.l.2.C.de decurion. li.*10. Bart.*in l.omnes populi num.*16. *ff.de iuſti.& iur.*Roland.*con.* 90.*n.*3.*vol.*1.fitq.inde inquiſitioni & pœnæ locus,Marc. *deciſ.*800.*nu.vlt.vol.*1. Boeri. *deciſ.*80.*num.*12.Lozæ.*de iur. Vniuerſ.part.*1.*cap.*3.*nu.*66. & 14. Octob. 1592. inter Præceptorem de Aſco & Syndicum eiuſdem Oppidi referẽte Oliba fuit in Regio noſtro Senatu deciſum Vniuerſitatem non poſſe congregari nec teneri Concilium ſine licentia Domini iuriſdictionis,cum tamen non poſſe Vniuerſitati denegare licentiam ſe congregandi niſi ex iuſta cauſa.At Concilium Centum uirale Barcinonę licet cõuo cetur ſub banno viginti ſo lidorum voce pręconia nom ine Regentis Vicariam ex consenſu Cõſulum,

24

tamen Ciuitas a Vicario ex tempore immemoriali nullam petit licentiam,ſed conuocare faciunt ijdem Conſules Concilium quando ſibi videtur,irrequiſito Vicario, vel alio Regio Officiali, & banna exequitur Clauarius Ciuitatis.Ad Concilium autem Ordinarium Barcinonę conuocãdum nec poſtulatur licentia nec exigitur authoritas dicti Vicarij vel alterius Regij Officialis.

Similiter iure communi 25 non ſolum in congreganda Vniuerſitate requiritur authoritas Superioris: verum etiam debet is interuenire & eſſe preſens in Concilio quãdo celebratur niſi de ipſius Superioris intereſſe tractetur,Barthol. Socin.*in l.*1. *num.*24.& 25.*ff.quod. cuiuſq. Vniuerſ.nomi.*Loſc. *vbi ſupra num.*67.ſic in Concilijs aliarum Vniuerſitatum Cathaloniæ ſolet Baiulus interuenire. At in Concilijs Ciuitatis Barcinonę nullus vnquam Regius intereſt Officiarius.

In Concilio ordinario Ciuitatis Barcinonæ aguntur 26 nego-

negocia, quæ ſibi per Concilium Cẽtumuirale committuntur. Item recurſus à prouiſionibus & deliberationibus Conſulum. Inſuper ſtatuta & ordinationes concernentia Politicam Reipublicæ ex priuilegio Regis Iacobi anni 1319. iuxta ſupra ſcripta §.12. atque decreta & ſtatuta circa collegia & Confratrias artificum & fabrorũ ex priuilegio Regis Ferdinandi anni 1506. & alijs de quibus ſupra §.13. quamquã poteſt etiam Concilium Cẽtumuirale circa præfatã Politicã, Collegia & Cõfratrias ſtatuere, imo ſtatuta Concilij Ordinarij reuocare, quod tamen non poteſt tollere ſtatuta dicti Concilij generalis.

27 Spectant quoque ad Concilium Ordinarium ex priuilegio anni 1503. quæ vocatur declaratio Regẽtis Cancellariam Hieronymi Albanell, recurſus officialium ad ſortem in Concilio Centumuirali extractorũ, qui in Cõcilio eodem generali inauditi declarantur inhabiles: quia ex prædicto priuilegio poſſunt ad Ordinarium Concilium recurrere prætextu facilioris expeditionis cauſæ, licet alias hoc Concilium nullam habeat ſuperioritatẽ ad Concilium Cẽtumuirale, fiatque hoc contra appellationis naturam, quæ eſt de minore iudice ad maiorem prouocatio *l. præfecti ff. de minor. gloſ. & DD. in cap. 2. de conſuetud. lib. 6.*

In Concilio Centumuirali Conſules Ciuitatis non vouent niſi in caſu paritatis votorum ſed vouenda proponunt, & deliberationum Concilij quæ inde fiunt, executores ſunt. Idem eſt in Concilio Ordinario, ſi excipias quod in hoc Conſules ſuffragium ſuum dant in negocijs, quæ a Concilio generali ad eos & ipſum Concilium paruum committũtur, & in ſententijs Syndicatus ſiue viſitationis Conſulũ præcedentis anni & Officialium Ciuitatis, quæ ſingulis annis in domo Ciuitatis ex priuilegio Philippi Regis dat. 13. Iulij 1599. fit: quia ita diſponit hoc priuilegium: nec nõ in cõdendis ſtatutis & ordinationibus; quia hanc facul- 28

 tatem

tatem tribuũt priuilegia (vt ſuo loco ſcripſimus) Conſulibus & probis hominibus Ciuitatis; non tamen ideo ſi in Concilio generali ſtatuta conficiuntur, Conſules vouent. Non vouent in congregatione 24. perſonarum quæ tempore Curiarum generaliũ Principatus congregantur, vt anno 1626. conſultis DD. vidi ita reſolutũ quia ita fuit repertum ab antiquo obſeruari. Vouent tamen in cõgregatione 24. procerum qui pro iudicijs criminalibus cõueniũt, vulgo *Iuy de Proms*. Sunt autem vltimi in vouẽdo quando in Concilio vel congregatione vouent. De-
29 nique in vtroque Concilio Centumuirali & Ordinario præualet ſentẽtia illius Decurionis, cui plura ſuffragia adhærent, licet non ſit maioris partis Concilij, quod eſt contra iuris communis diſ-
30 poſitionem ſecundum quod vt decreta Concilij valeant, maior pars intereſſentiũ Decurionum conſentire debet, *l. quod maior & ibi glo. & DD. ff. ad municipa. l. nulli cum l. ſeq. & ibi gloſ.* & Bald. *num.* 2. *ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom.* late Nicol. Lozæ. *de iur. vniuerſ. cap. 3. num.* 82. & 83. vbi etiam quod iſto caſu non dignitas & authoritas Decurionũ eſt attendenda, ſed prævalet ſimpliciter maior pars, quod notauit Bart. *in l. 1. C. de ſpectaculis lib.* 12. & Alex. *conſ.* 192. *per tot. volum.* 6. Adde quod ſcripſit Afflictis *deciſ.* 1. *num.*
4. & 5. non valere ſtatutum 31
vel conſuetudinẽ vt in actibus gerendis non ſtetur maiori parti.

Cum autem in Concilio 32
Centumuirali propoſitio ſit Conſulum Barcinonæ, poſſintque ipſi proponere vouẽda quæ velint nec teneantur quę Decuriones proponi petunt: hi autem ſemper iuxta propoſitionẽ vouere debeãt, frequens eſt controuerſia in hoc Concilio an votum alicuius extraneũ ſit factæ propoſitionis ſeu extra propoſitionem. Hanc quæſtionẽ dirimebant olim conſulti Aduocati: nunc autem a multis annis diſſoluit ipſum Concilium quod per ſuffragia ſua hoc declarat. In Concilio ordinario aliud eſt quia ex qua-

dam

dā ordinatione Ciuitatis poteſt obligare Conſules ad aliquid proponendū quod vtile ſit Reipublicæ.

33 Cognoſcit iudicialiter Cētumuirale Cōcilium de fraudibus & exceſsibus in officio commiſsis non ſolum officialiū Ciuitatis, verum etiā ipſorum Conſulum durante Conſulatus anno atque legaterū eiuſdem Ciuitatis, eoſq. ab officijs ſuſpēdit & priuat, aliquando im perpetuū & aliquando ad tempus ex priuilegio Regis Ioannis & alijs, quæ meo tempore fuere exhibita per Syndicum Barcinonæ in cauſa eiuſdē & Doctoris Ioan. Ludouici Vileta vertente in Regia Audientia, quod non eſt a iure alienum iuxta tradita per Boeri. *decif.* 9. Iſernia & Afflict. *ad conſtitutio. Magiſter Iuſtitiarius.*

34 De exceſsibus tamē Decurionum vt de verbis iniurioſis, & alijs in ipſo Concilio Centumuirali commiſsis non poſſunt cognoſcere Cōſules, etiam ſi contra eos crimen eſſet, ſed dumtaxat ipſum Concilium ex quadam ordinatione Ciuitatis ſuper hoc edita, qua etiam prohibentur Conſules inſtare cōtra illos in Regia Curia, quæ tamen procul dubio cognoſceret ſi delictum eſſet graue vel totum corpus Concilij delinqueret.

Non poteſt Concilium generale Ciuitatis Barcinonæ quicquam decernere contra regia priuilegia regiminis ipſius Vniuerſitatis: ſed preter eadem priuilegia, vt ſæpe conſultum fuit, & ſignanter voto plurium Regiorum Senatorum a Ciuitate anno 1619. conſultorum in ſcriptis edito ſuper cauſis declarandi inhabiles ad officia in verſic. *Sexto.* 35

Tamen ſine horum priuilegiorum violatione poteſt Conilium illa in praxim deducere & intelligere pro vt vtilius eſt Reipublicæ. 36 Propterea 27. Iulij 1598. in Regio Senatu inter œconomū Monaſterij de Petris albis & Syndicum Villæ Appiariæ referente Sabater fuit deciſum quod non obſtante regio priuilegio electionis Iuratorum dictæ Villæ, & licet curſu tēporis hanc praxim habuerit quod Iurati fuerint

fuerint ad voces per Conci-
lium electi,tamē abſque vio-
latione eiuſdē priuilegij at-
tento damno Vniuerſitatis &
abuſu ipſius priuilegij quod
ad voces eligebantur inhabi-
les intuitu conſanguinitatis
vel amicitiæ,á cætero elige-
rētur ad ſortem , quia verbū
eligēdi quo Rex vſus fuit,ſui
natura & proprietate vtrãq.
electionē ad voces & ad ſor-
tem æqualiter & pariformi-
ter comprehendit , & quia
iuſta & legitima cauſa con-
currente licitum erat vt oc-
curreretur fraudibus , ab ea
forma eligendi ad voces,quę
Vniuerſitati nociua erat, re-
cedere citra priuilegij viola-
tionem.

37 Solent tabelliones cum de
actibus Conciliorum Vni-
uerſitatum inſtrumenta con-
ficiunt, nomina congregato-
rum exprimere , qui tamen
notariorum ſtilus non ſerua-
tur circa Cōcilium Ciuitatis
Barcinonę:ſolū enim notarij
hoc caſu fidem faciunt quod
maior Decurionum pars in-
teruenit , forte propter mu-
38 nerum publicitatem. At 30.
Maij 1559.inter Vniuerſitatē
Oppidi de Ribelles & Giſ-
pertū de Pons in Regia Au-
dientia referente Ferrer per
maiorem partem Senatorum
reperio concluſum & decla-
ratum obligationem ſeu im-
poſitionem vigeſimi factam
Vniuerſitatis tranſigere, & tenet tranſactio ſi modò bona fide & non ambitioſè facta ſit *l.tranſactionis l. Præſes C.de tranſactio.* Deci.*conſ.*297. *num.*45. *& Vlti.*Lozæ.*d.cap.* 3.*num.*112.qui *num.*116.docet quod ſi confiteãtur ſolutum eſſe Vniuerſitati, confeſsio ita demum præiudicat Vniuerſitati ſi tales ipſi ſint qui ſint poſiti & conſtituti ad recipiendum ſolutionem:quod etiam aſſerit Gratian.*d. decïſ.*
38 93.*num.*6. Vendere & impoſitiones Vniuerſitatis locare, intentare actiones Vniuerſitati cõpetentes & facere etiã ea quę requirũt ſpeciale mãdatum poſſunt,cum ſint procuratores cu libera, & æquiparentur tutoribus, qui habent poteſtatem cum libera Alex.*in l* 16.*num.* 2. *C. de procurator.*Deci.*d.conſ.*297.*num.* 1.*&* 2.Lozæ.*d.cap.*3.*nu.* 108. *&* 111.Sed negocia grauiora non faciunt niſi in Concilio.
39 Similiter pecunias mutuò dare vel accipere pro Ciuitate poſſunt,Bart.*in l.in principalibus ff ſi cert.peta.*Gratia.
40 *d.decïſ.*93.*num.*9.Sed obſerua quod 30. Iunij 1597. inter Syndicum Vniuerſitatis Oppidi de Montornes & Bernardum Tauerner in Regio Senatu referente Fontanet deciſum extat quod Iurati nõ poſſunt cõſtituere Syndicum ſeu actorem Vniuerſitatis iã dictæ niſi ipſa Vniuerſitate legitime congregata,illiuſq. accedente conſenſu. Decre- 41
tum maioris partis Conſulũ pręualet,ſed in mœrè voluntarijs omnium eorum requiritur conſenſus ſequendo cõmunem DD.de iure opinionẽ de qua dixi ſupra *ſ. præcedenti.*

Conſulum & adminiſtratorum Ciuitatis quilibet tenetur Ciuitati inſolidum, & alter pro altero,& quod vnus ſoluit propter alterius culpã, repetit ab illo actione negociorum geſtorum. Caſtrenſ. *in l cum alicui num* 4. *& in l.* 31.*nu.*1. *&* 2.*ff. de negoc.geſt.* *tot.tit.C.quo quiſq. ordine conuenien.lib.* 10.*l.*11.*cum* 2.*ſeqq.* *ff.ad municipa.*Lozæ.*d. cap.*3. *num.*120. & in noſtro Regio 43
Concilio 21.Iulij 1597. inter Syndicum Ilerdæ & Ioſephũ de Ager referente Aſtor declaratum fuit quod ad miniſtrato-

ſtratores Ciuitatis tenentur inſolidũ vnus pro alio quando adminiſtratio fuit illis per Ciuitatem coniunctim, non ſeparatis portionibus cõmiſſa & nõ fuit eis diuiſa admi-
44 niſtratio. An autem habeant iſti beneficium diuiſionis & ordinis ſicut contutores latè tradit Boeri *deciſ.60. num. 1. & 2. & per tot.* & qualiter de negligẽtia & an etiã de leui & leuiſsima culpa, caſu ſortuito, vitioq. naturali teneantur, Oſaſc. *deciſ.109. nu.7. &* 8. Borgnin. *deciſ.37. nu.12.14. & 19. cum ſeqq. & deciſ. 320. num.22.*

EX §. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Electiones ciuium Barcinonæ ad officia eiuſdem Ciuitatis quo tempore fiebant ad voces & a quo tempore fiunt ad ſortem.*

2 *Qualitates ad officia Ciuitatis obtinenda neceſſariæ requiruntur in ciue vtroque tempore & adſcriptionis ad ſortem & extractionis ad officium, non vero medio tẽpore.*

3 *Qualitates quædam non impediũt ciuẽ tempore adſcriptionis ad ſortem officiorum Ciuitatis, quæ tamen impediunt tempore extractionis ad ipſa, vt in debitore Ciuitatis, in excommunicato, & in officiali regio temporali.*

4 *Secus in alijs qualitatibus, vt in ætate legitima & in domicilio.*

5 *Inhabilis ad officia Vniuerſitatis ad ſortem ſcriptus an admitti debeat ſi tẽpore extractionis habilis inueniatur.*

6 *Ingreſſus religionẽ ante profeſſionem non debet deleri a ſorte officij, ſed ſi interim ad illud extrahatur, eſt inhabilis.*

7 *Ingreſſi religionem non amittunt beneficia nec bona temporalia ante profeſſionẽ, ſunt tamen interim exempti, & reputantur Eccleſiaſtici.*

8 *Religioſi milites S. Ioannis Hieroſolimitani & S. Iacobi de Spata & reliqui milites religioſi ordinum militarium ante profeſſionẽ nõ ſunt exẽpti, nec immunitate Eccleſiaſtica gaudent.*

9 *Ad*

9 *Ad officia Ciuitatis adſcriptus ſi ſuſcipiat beneficiũ Eccleſiaſticum, non exburſatur donec ſacrum ordinem ſuſcipiat, licet ſi extrahatur, fiat inhabilis.*

10 *Similiter ſi fiat Doctor Regij Concilij, imo tales aſcendunt ab vna ſorte gradus Conſulatus ad alium, & quare.*

11 *Ab habilitatorum iudicio an recurri poſſit.*

12 *Habilitatores an aliquo modo cognoſcere poſſint vtrum locus officij, ad quem per Cõſules fit alicuius nominatio, vacet: an vero ſolum vtrum nominatus ſit habilis.*

Habilitatores cum Conſules burſas officiorum expurgãt, meram tantum habent intereſſentiam ſine aliqua cognitione. ibid.

13 *Habilitatores vouere tenentur ſuper perſona a Conſulibus ad officium nominata, nec poſſunt renuere dicẽtes quod alius nominetur.*

14 *Qualitates impedientes ad munera Ciuitatis Barcinonæ obtinenda.*

15 *Qualitas prima natalium late explicatur & fundatur.*

16 *Naturales Regnorum qui nõ ſunt, apud plures Nationes a Decurionatu, alijſque publicis officijs arcentur.*

17 *Reſpublica per exteros commode regi & gubernari non poteſt & quare.*

Cum exteris inire conſilium, incommoda non parua producit, ibid.

18 *Qualitas ſecunda non habentium per ſe domum & habitationem Barcinonæ explicatur & fundatur. cum num. ſeqq.*

19 *Diſcrimen inter domicilium & habitationem.*

20 *Domus patris vel ſoceri an proſit filio & genero ad obtinenda offiicia Ciuitatis & quidde nepote reſpectu aui & de domo filij reſpectu patris.*

21 *Patris habitatio an proſit filio ad implendum decenniũ ad officia Ciuitatis neceſſarium ſi filius per totũ decennium non habitauerit,*

22 *Habitationis decennium ad officia Ciuitatis requiſitũ an debeat eſſe continuum.*

23 *Qualitas tertia ad officia Ciuitatis impeditiua. Ætas explicatur & fundatur.*

24 *Anni ad officia Ciuitatis requiſiti an debeant eſſe completi*

Digitized by Google

pleti ita vt ceptus non habeatur pro completo.

25 *Et de antiqua contraria ſuper hoc obſeruantia in domo Ciuitatis Barcinonæ.*

26 *Decrepiti an ad officia Ciuitatis admitti valeant.*

27 *Qualitas quarta, dementia atque infirmitas & ægritudo declaratur & fundatur. Officiales perſonaliter, & nō per ſubſtitutum deſeruire tenētur in domo Ciuitatis Barcinonæ. ibid. Et quid de iure communi num 30.*

28 *Habiles ad munera Ciuitatis an ſint ſurdi & cæci.*

29 *Et alijs morbis laborantes.*

31 *Qualitas quinta debitorum Vniueſitatis explicatur & fundatur. cum num ſeqq.*

32 *Conſtitutio vnica tit.* de deutors de Vniuerſitats *circa terminum octo dierum non eſt vſu recepta in Domo Ciuitatis Barcinonæ & Generalis Cathaloniæ.*

33 *Debitor Vniuerſitatis ad eius officium extractus ſi re integra antequam inhablis declaretur, ſoluit vel deponit, an admitti debeat. vbi deciſio.*

34 *Fideiuſſor an dicatur proprie debitor & comprehendatur conſtitut. vnic. tit.* de deutors de Vniuerſitats. *vbi deciſio contra opinionem Iacobi Cancerij.*

35 *Conſtitutio vnica tit.* de deutors de Vniuerſitats, *non procedit in debito modico.*

36 *Debitor debiti illiquidi an ſit inhabilis ad officia Ciuitatis Barcinonæ, & num. 37. 38. Talis debitor nō dicitur eſſe in mora nec exequi valet. ibid.*

37 *Conſuetudo non admittendi ad officia Vniuerſitatis debitores eius non comprehendit reos conuentos qui defendendo litigant cum Syndico Vniuerſitatis. vbi deciſio.*

38 *Debitor Ciuitatis ſi obtento per vxorem ſuperſedimento in exequutione bonorū viri, ipſius, extrahatur ad officiū ſuffocatur.*

39 *Debitorum impedimentum ad munera Reipublicæ ex iure communi, remiſſiue.*

40 *Qualitas ſexta ad officia Ciuitatis impeditiua litigantium contra Ciuitatem. late declaratur & fundatur.*

41 *Qualitas ſeptima regiorum officialiū & an ſufficiat quod ante*

ante extractionem officij Ciuitatis quandocunque regijs officijs renunctent tam in domo Ciuitatis Barcinonæ quã in domo Generalis Cathaloniæ ad interpretationem cap. 54. curiarum anni 1599.

42 *Officiales regij qui fuerunt, an durante tempore ſyndicatus poſſint concurrere ad officia iuriſdictionis Ciuitatũ.*

43 *Officiales regij non habentes iuriſdictionem an poſſint cõcurrere ad officia Ciuitatis Barcinonæ. vbi plures deciſiones Regij Concilij.*

44 *Et quid ſi iuriſdictionẽ habeant, ſed modicam. vbi deciſio.*

45 *Quid ſeruetur in domo Ciuitatis Barcinonæ circa id.*

46 *Qualitas octaua familiariũ & miniſtrorum S. Officij.*

47 *Qualitas nona obtinentiũ beneficium Eccleſiaſticum. Beneficium Eccleſiaſticũ debet eſſe perpetuum. ibid.*

48 *Qualitas decima infamium explicatur & fundatur cum num ſeqq.*

49 *Quid ſi pendente inquiſitione ſuper fraudibus perpetratis, ad officium Ciuitatis extrahãtur an admittãtur, vbi quid de iure communi cũ aliquibus tamen fallentijs.*

50 *Sententia declaratoria præcedere debet vt infamis a ſorte officiorum deleatur ad interpretationem cõſtitutionis 8. tit.* de abatuts, y latitans *& per quem & qualis. Conſtitutionis 8. tit.* de abatuts, y latitans *intellectus. ibid.*

51 *Inhabiles ad officia Ciuitatis Barcinonæ propter pecuniæ indebitam receptionem.*

52 *Et quod ſint infecti ſanguine Maurorum vel Iudeorũ.*

53 *Et propter fraudes in officijs commiſſas.*

54 *Condemnatus iudicio tabulæ, ſi appellauerit & poſtea trãſegerit, euadit pœnam conſtitutionis 3. tit.* de perſonas prohibidas regir officis. *Conſtitutio. 3. tit.* de perſonas prohibidas regir officis *intelligitur tantum loqui de ſententijs in rem iudicatam tranſactis. ibid.*

55 *Excommunicati ſi ad officia Ciuitatis extrahantur, ſunt inhabiles.*

56 *Qualitas vndecima ad officia Ciuitatis impeditiua habentium duo officia declaratur*

tur & fundatur cũ nu.ſeqq.

57 *Officium obtinens ad vitam, an poſſit illi renunciare pro obtinendo officio temporali, & econuerſo, vel ſi vtrũq. officium ſit ad vitam.*

58 *Officium temporale obtinens & ei ante finitum tempus renuncians eſt inhabilis ad aliud temporale officium durante dicto tempore.*

59 *Officium vnum in titulũ & alterũ in cõmendam an quis habere valeat, & an quis cogi poſſit exercere duo publica officia Vniuerſitatis eodẽ tempore.*

60 *Qualitas duodecima eorum qui ab eodem officio ad quod extrahũtur, debito tempore non vacarunt, & quod ſit iſtud debitum tempus pro diuerſitate officialium.*

61 *Qualitas decimatertia abſentia a Principatu Cathaloniȩ & Comitatibus Rõſilionis & Ceritaniȩ cum ſuis fallẽtijs. vbi deciſio, & quid de iure communi.*

62 *Vxorem habere vel habuiſſe debent Conſules & Cõſiliarij Concilij Barcinonæ.*

63 *Milites in Ciuitate Barcinonæ a quibus arceantur.*

64 *Conductores iurium Ciuitatis Barcinonæ a quibus officijs interim ſint inhabiles, & qui officiales eiuſdem Ciuitatis conducere dicta iura prohibeantur.*

65 *Doctorum Iuriſperitorũ requiſita ad obtinenda officia Viſitationis officialium Ciuitatis Barcinonæ.*

§. XXII.

De admiſſione ciuium ad officia Ciuitatis vel ipſorum repulſa & impedimentis.

VSQ. ad annũ 1498. electiones ciuiũ ad officia Ciuitatis Barcinonȩ fiebant 1
ad voces. At anno 1498. Rex Ferdinandus ſuo priuilegio conſtituit vt in poſterum ad ſortem fierent, ipſeq. primũ ciues qui ſibi viſi fuerunt, ad ſortem adſcripſit, vti poſtea Conſules eos adſcripſerunt prout & hodie in fine cuiuſlibet anni, facta per habilitatores approbatione ipſorum qui

qui per Conſules nominantur. De qualitatibus ergo officiali ad officium neceſſarijs bis cognoſcitur ſcilicet tempore adſcriptionis ad ſortem per habilitatores & tempore poſtea extractionis per Concilium Centumuirale vbi fit. Vtroque tempore requiruntur in ciue qualitates ad of-
2 ficium obtinendum neceſſariæ nec ſufficit eas ſolum tẽpore extractionis adeſſe, ex diſpoſitione tex. *in cap. ſi eo tempore de reſcrip. lib. 6.* & ibi omnes DD. Deci. *in cap. poſt ceſſionem num.* 18. *de probatio.* Felin. *in cap. cum dilectus nu. 3. de accuſat.* Hyeronim. Portol. ad Molin. *verb. Deputati n.* 10. Medio autem tempore huiuſmodi qualitates nõ exiguntur nec attendũtur, quãuis deficiant argumẽto tex. *in l. 2. §. aduerſus ff. ne quid in loco publico.* quem expendit Bart. *in l. quo minus quæſt. 5. ff. de flumin. & in l. impuberem ff. de falſis.* Auenda. *in cap. 12. Prætor. num. 13. in 2. part.* Bouadill. *in Polit. tom. 1. lib. 3. ca. 4. n. 39* Sed & in domo Ciuitatis noſtrę ſeruatur in mul-
3 tis qualitatibus impeditiuis ad officia temporalibus quod tẽpore adſcriptionis ad ſortẽ non nocẽt, licet extractionis tẽpore omnes qualitates neceſſariæ requirantur: Vnde debitor Ciuitatis, & excommunicatus, & officialis regius temporalis, qui omnes tẽpore extractionis inhabiles ſunt, tamen adſcriptionis tempore ab habilitatoribus admittũtur, quia impedimẽta ſunt temporalia, & forte extractionis tempore ceſſabũt: quamquam in alijs qua- 4
litatibus impeditiuis temporalibus aliud ſeruetur, vt in requiſito ætatis legitimæ ad officium, & domicilij; quæ etiam tempore adſcriptionis petuntur. Propterea Iacob. 5
Cancer. *var. part. 3. cap. 3. nu.* 109. mota controuerſia an inhabilis ad officia Vniuerſitatis ad ſortem ſcriptus & imburſatus, admitti debeat ſi tempore extractionis habilis inueniatur, diſtinguir cum Nello de San. Gemi. *in tract. Banni. in vltim. part. & 1. par. 8. tempo. quæſt.* 18. reſpondens negatiue ſi inhabilis prohibebatur adſcribi & imburſari, aliàs ſecus aſſerẽdo, cum tũc videa-

ad alium, ſi ita placuerit, quia non reputatur noua adſcriptio officij.

11 A iudicio habilitatorũ cũ per eos repelluntur nominati a dictis Conſulibus ad ſortem officiorum, rarò recurritur: ſed recurſum reperio & in cauſa recurſus obtentũ in Regia Audientia referente Oliba 21. Februarij 1594. per Ioannem Carreras dulciariũ, qui a Conſulibus fuerat nominatus ad ſortẽ Conſulis Quinti per obitũ Ioãnis Pauli pharmacopolę & ab habilitatoribus repulsã paſſus erat quod dicerẽt ad eũ locũ nominari debere aliũ pharmacopolam, nõ dulciarium, quod tamẽ ſecus ſenſit & declarauit tũc Senatus Regius.

12 Anno 1628. in menſe Nouembris ortum fuit in domo Ciuitatis Barcinonæ graue diſſidium inter Conſules & habilitatores quia Conſules contendebant ipſis aliquem ciuem nominantibus ad ſortem alicuius officij tanquam vocantis, non poſſe habilitatores ſe intromittere vtrum vacaret nec ne & an ad eum locũ vti vacãtẽ poſſet nominatus adſcribi, ſed ſolum an nominatus eſſet habilis: contrarium autem totis viribus habilitatores conabantur. Et in libris in eadem Domo reconditis vulgo dictis *de la anima* repetta fuerunt duo vota ſeu conſilia Doctorum Regij Senatus per Ciuitatem olim conſultorum, quorum vnum erat ſubſcriptum per Fontanet, & Torner & alios Regios Cõſiliarios, alterum per Mur & alios Regios Senatores, & tertium fuit tunc conſcriptũ per Ferruz, Grau, & Rubi de Marimon Doctores Regij Concilij ad id vocatos, & in his tribus conſilijs vno ore cõcludũt omnes conſultores quod expurgare burſas adſcriptorum ad ſortes officiorum Ciuitatis & nomina illorum delere ſpectat dumtaxat ad Conſules præſentibus habilitatoribus, qui habent tantum mœrã intereſſentiã ex priuilegio Philippi anni 1587. & quod dicti habilitatores nullam habent cognitionem neque in conſequentiam neque principaliter an locus officij ad quem per Cõſules fit alicuius ciuis nomi-

nominatio, vacet nec ne,ſed ſolum an nominatus ſit habilis & idem antea aduocati Ciuitatis quorum vnus erã, conſulueramus.

13 Anno 1626.vidi aliam inter Conſules & habilitatores controuerſiam quia nominatione per Conſules facta,nolebant habilitatores vouere ſuper nominati perſona, ſed dicebant quod alius nominaretur. Et conſulti Doctores dederunt conſilium quod habilitatores vouere tenebantur, quia citatum priuilegiũ anni 1587. ait quod voueant ſuper nominatis per Conſules.

14 Qualitates impedientes ad munera noſtræ Ciuitatis obtinenda hæ præcipuæ ſunt.

15 Prima ſit ex priuilegio Philippi anni 1587. & voto Regiorum Senatorum cum deliberatione centũuiralis Cõcilij anni 1619.quę ita Regiũ illud priuilegium interpretatur: quia ſunt inhabiles ad munera Ciuitatis prædictæ cõſequenda qui nati nõ ſunt in PrincipatuCathalonię ſeu Comitatibus Ronſilicnis & Ceritaniæ vel non ſunt filij eorum qui in præfato Principatu, aut Comitatibus orti ſunt.Intellige etiam ſi domũ & domiciliũ Barcinonæ haberent, & prætenderent eſſe ciues Barcinonæ. Eſt autem ſpeciale in militibus ex priuilegio Regis Ferdinãdi anni 1498. quod debent eſſe nati Barcinonæ vel in eius Vicaria aut vxorem habere Barcinonenſem vel dictæ Vicarię vltra quod debent habere domum & continuam habitationem Barcinonæ. Idem eſt de nobilibus ex priuilegio Philippi anni 1621. quo iſti admittuntur ad officia eiuſdem Ciuitatis,ita tamen vt ſint obnoxij eiſdem legibus & condicionibus quibus milites ex dicto priuilegio anni 1498.ſubiecti ſunt.Nec turbet capitulum vltimum dicti voti & ſimul deliberationis quod circa milites aliud declarat, nam reputatur erroneum & contra priuilegium & non obſeruatur.

16 Alphõſus Narbona *ad leg. regi.lib.7.tit.3.de los regimientos lege 27. gloſ. vnic.* plures nationes refert apud quas ita ſancitum eſt vt qui Regnorum

ſũ naturales non ſunt, a Decurionatu, alijſque publicis officijs arceantur. Caſtill. *in Polit. lib. 3. cap.* 8. *nu.* 5. Auendaño *cap.* 19. *Prætor. num.* 17. *&* 19. *lib.* 1. Petrus Rebuf. *to.* 2. *Conſtit. Franciæ tit. de litteris natural. gloſ.* 2. vbi de Gallia teſtatur. in Cathalonia extat Rubrica cum nigro *Que tots los officials en Cathalunya y Mallorca ſien Catalans. in conſtitutionib.* ad quã plures DD. citaui & nonnulla congeſsi *part.* 1. *de offic. iud. quæſt.* 1. *num.*
17 94. *&* 95. Rationem reddit Narbona *d. glo. Vnic.* quia Reſpublica per exteros commode regi & gubernari non poteſt, quibus patriç amor deficit, ſcientia & cognitio rerũ particularium, quibus recta Reipub. gubernatio indiget: tum etiam quia inire cũ eis conſilium, incommoda non parua producere poteſt iuxta illud Eccleſiaſtici. *Cum extero non facies conſiliũ, neſcis enim quid pariet.*
18 Secũda qualitas eſt ex priuilegio Alphonſi anni 1455. & Ferdinandi anni 1493. & Philippi anni 1582. iuncta deliberatione Concilij centumuiralis & voto Regiorum Senatorum anni 1619. quia ſunt inhabiles ad officia huius Ciuitatis ſubeunda qui per ſe ipſos non habent domum cũ ſua familia & pro maiori parte anni continuò in ea nõ habitant Barcinonæ. Qui autem non ſunt originarij ab ipſa Ciuitate vel eius Vicaria, domum & habitationem Barcinonç a decem annis habere debent ex priuilegio Philippi anni 1599. Cum hac diſtinctione explicandus eſt Petrus Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *num.* 73. vbi indiſtincte ſcribit ad munera Ciuitatis Barcinonæ requiri domicilium decem annorũ. Imo nec requiritur domici- 19
liũ ſi proprie loquamur, ſed habitatio, quia domicilium animũ perpetuo permanẽdi deſiderat, non habitatio: ille autem non exigitur in Domo huius Ciuitatis, ideoque neque Regij Senatores in dicto voto vtuntur verbo domicilij, ſed habitationis.

Si filius habitet in domo 20
patris, vel gener in domo ſoceri, obſeruatur quod domus patris prodeſt filio, & domus

Digitized by Google

ſoceri genero licet priuilegia inhabiles reddãt eos qui per ſe ipſos domum non habeãt, quod de iure confirmatur ex congeſtis per Alphonſ. Narbona *ad leg. regi. lib. 4. titul.* 1. *leg.* 20. *gloſ.* 2. *num.* 107. *& nu.* 108. & doctiſsimè per Petrũ Fontanella *d. clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *n.* 75. *&* 76. vbi extendit ad nepotem reſpectu aui & de filio ad patrem.

21 Anno 1626. eſt votum Regiorum Senatorum don Petri Soler & Monſerrati Ràmon in fauorẽ Doctoris Legum T. Llorens conſulentiũ Conſulibus Barcinonę ad decennium de quo ſupra dixi, patris habitationẽ prodeſſe filio ita vt tempus paternæ habitationis computetur cũ tempore habitationis filij ad conſtituendum decennium, quod alio exemplari & multis allegatis DD. probat etiã Fontanell. *vbi ſupra num.* 75. *&* 76. & poſt Petrũ Fontanella confirmat Narbona *in d. gloſ.* 2. *num.* 107. probans idẽ eſſe è cõuerſo, ſic vt tempus decennij paterni per filium ſuppleri poſsit. Denique Al-

22 phonſ. Narbona *d. gloſ.* 2. *nu.* 118. probat quod requiſito ad contrahendum domicilium decennio intelligendum eſt de cõtinuo, non de interpolato, ſed quomodo iſtud tempus continuum intelligat, ibi declarat.

Tertia qualitas ętas eſt: nã omiſſa ætate Conſulum, de qua dixi *in* §. *proxime præcedenti*, Inhabiles ſunt ad decurionatum ſeu ad Concilium cẽtum Iuratorum qui triginta annos completos nati non ſunt ex priuilegio Regis Alphonſi anni 1455. & Ferdinãdi anni 1493. Idem eſt de illis qui deſcribuntur ad ſortem matriculę ſiue burſę vltramarinæ, ex priuilegio Philippi anni 1587. Ad reliqua autem officia eiuſdem Ciuitatis requiritur ætas viginti quinq. annorum completorũ ex dicto priuilegio Philippi anni 1587. 23

Ergo præter munus Conſulatus, in alijs officijs anni requiſitæ ætatis debent eſſe perfecti & completi & non ſufficit inceptus pro cõpleto, quia priuilegia vtuntur verbo iſto annorum completorum, ſeu completæ ætatis, & ita 24

ita declarat dictum votũ Se-
natorum anni 1619. quod in
deliberationem conciliarem
tranſiuit. Vnde non obſtat
25 aliud quod in domo Ciuita-
tis reperitur conſilium duo-
rum Regiorum Senatorum
don Petri Soler & Monſer-
rati Ramon anni 1616. quo
cenſuerunt in præfatis offi-
cijs ſufficere annum inceptũ
pro completo licet priuilegia
loquerentur per verbum cõ-
pletorum, quia dicebant de
iure in fauorabilibus vltimo
anno cœpto reputari ætatem
completam,& quia ſecũdum
hunc ſenſum reperiebantur
aliqua exemplaria in Ciuita-
te:ſed poſt annum 1619. om-
nia ſunt conformia & conſo-
na prælibatę deliberationi cõ-
ciliari cũ prædicto voto anni
1619. quod fuit quinque re-
giorum Senatorum, nempe
Seniuſt,Bonet,Magarola,Ga
26 mis,Rollan.Decrepiti autem
nec ad Conſulatum nec ad
alia officia Ciuitatis admitti
poſſunt,ex priuilegio Ferdi-
nandi anni 1498. & interpre-
tatione Hieronymi Albanell
anni 1503.
27 Quarta qualitas eſt demẽ-
tia,& infirmitas,atque ægri-
tudo corporis & animi ex
priuilegio Ferdinandi anni
1498.ita vt ſi ciuis Barcino-
næ tempore extractionis re-
periatur ratione demẽtię vel
infirmitatis corporis & ani-
mi impeditus quo non valeat
per ſe officio deſeruire, non
admittatur: quia voluit Rex
Ferdinandus vt omnes offi-
ciales perſonaliter per ſe ip-
ſos, & non per ſubſtitutum,
ſaluo iuſto impedimento poſt
extractionem ſuperueniente,
exercerent ſua officia.ita de-
clarant Regij Senatores in
dicto voto anni 1619.& ſecũ-
dum hunc intellectum legi
innumera exemplaria in do-
mo Ciuitatis,quæ moleſtum
eſſet recenſere. Iuxta tradi- 28
tam theoricam arbitrio boni
& integri viri relinquo an &
quãdo in domo prædicta ſer-
uari poſsint quę de ſurditatis
impedimento ſcripſit Petrus
Fontanell.*de pact.nupt. clauſ.
4.gloſ.10.part.1.num.56.* & de
cœcitatis impedimento ego
ipſe *de offic.iudic.part.1.ca.12.
num.29.cum num.* 28. De im- 29
pedimento morbi ad mune-
ra Reipublicæ fuſe diſtinxit

pro iure cõmuni Petrus Antibol. *de muner. & honor. part. 3. principal. num.* 10. & 11. De
30 iure quoque communi an & quãdo officialis ſeruire poſſit per ſubſtitutum notaui *d. part. 1. cap. 24. num.* 77. multis citatis DD.

31 Quinta qualitas eſt debitorũ iam dictę Ciuitatis ſiue ex debito adminiſtrationis illius aut alias vel ex debito menſæ argentariæ eiuſdem Ciuitatis, quia omnes ad munera eius obtinenda ſunt inhabiles & concurrere ad ipſa nõ valent ex priuilegio Ferdinandi anni 1498. debet tamẽ debitũ eſſe maioris ſummæ decem librarum, & eſſe petitum per Clauarium vel eius portarium, & cuiuſlibet eorum iuramento in hoc ſtãdum eſt ex interpretatione Regẽtis Albanell anni 1503. Extat quoque in Cathalonia reſpectu omnium Vniuerſitatum conſtitutio *vnica tit. deutors de Vniuerſitats* quę ſtatuit debitores illarum non poſſe concurrere ad ſortem officiorum ipſarum niſi octo dies ante extractionem ſol-
32 uerint. Non eſt tamen vſu recepta hæc conſtitutio quò ad terminum octo dierum in domo Ciuitatis noſtrę neque in domo Generalis Cathaloniæ, quia ſufficit ſoluiſſe debitorem ante extractionem.

Sed & ante prędictam conſti- 33
tutionem quæ eſt curiarum anni 1585. reperio concluſionem Regiæ Audientiæ 27. Nouembris 1561. referente Sunyer inter Chriſtophorũ Deſpuig & Syndicum Ciuitatis Dertuſæ, qua concluditur quod ſi debitor Vniuerſitatis extractus ſorte ad aliquod eius officium, deponit aut ſoluit debitum, re integra antequam inhabilis declaretur, admitti debet ad ipſum officium & repelli non poteſt. Non leuis eſt difficul- 34
tas in terminis dictæ conſtitutionis an fideiuſſor dicatur proprie debitor & ſub ea cõſtitutione compræhendatur, affirmatiuê reſpondet noſter Cancer. *variar. part. 2. cap. 5. in noua editio. num.* 201. vbi ſubdit ex Catilia. Cotta. *in memoral. verbo fideiuſ. pen.* procedere hoc etiam in materia pœnali & correctoria. Sed contra Cancerij opinio-
nem

nem inuenio deciſum in Regio Senatu 8 Iulij 1588. inter Ioannem Palau & Syndicum Villę de Matarone referente Guardiola: fuit enim concluſum per maiorem partẽ Senatorum quod appellatione debitoris, etiam in ſtatutis non venit fideiuſſor, & quod ideo fideiuſſor cui non fuit facta aliqua executio vel monitio vt ſolueret, poteſt concurrere in officijs Vniuerſitatis & debet admitti, non obſtante conſtitutione & non obſtante obligatione & renũciatione fideiuſſoris quod poſſet conueniri ſine principali & ante eum.

35 Illud verũ exiſtimo quod vbi ſupra cenſet Cancerius præfatam conſtitutionẽ vnicam non obtinere locum in debito modico vti ex multis reſoluit in additione.

36 Diſputatum vidi an in domo noſtrę Ciuitatis impedimentum de quo agimus, procedat in debito illiquido, cum talis debitor non dicatur in mora eſſe nec exequi valeat, ex traditis per Peregri. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 5. & ſeqq.* Olib. *de iur. fiſc. cap. 15. num. 3. & 4.* & me ipſum *de offic. iud. & aduoc. par. 2. cap. 6. nu. 96.* Audiui loquutũ varijs linguis. Sed ſi Rationalis præmemoratæ domus inuenit & conſtituit aliquem debitorẽ Ciuitatis & poſtea ſorte ad aliquod officium extrahatur, ſuffocatur, licet ipſe prætendat non eſſe debitorem. At ſi ante extractionem adiuerat iudicem & lite pendente inter ipſum prætendentem nõ eſſe debitorem & Syndicum Ciuitatis, factiſque iam aliquibus probationibus, extrahatur, hoc caſu anno 1610. 24. Aprilis in fauorem Petri Ferran mercatoris vidi votum trium Iureconſultorum conſulentium eidem Ciuitati illum non poſſe tanquam debitorem repelli.

37 Vidi etiã deciſionem Regij Senatus 7. Decembris 1602. refente Sẽiuſt inter Syndicum Gerundæ & ciues honoratos illius, qua declaratur quod conſuetudo non admittendi ad officia Vniuerſitatis debitores eius non comprẽhendit reos conuentos qui defendendo litigant cum Syndico Ciuitatis in Regia Audiẽtia.

38 Vidi quo-

quoq. quod ſi cepta per Clauarium Ciuitatis exequutione contra aliquem eius debitorem, obtineatur in executione pro dote vxoris ſuperſedimentum, & preuiſo ſuperſedimento is extrahatur, non admittitur, ſed vti
39 debitor repulſam patitur. De impedimento debitorum ad munera Reipublicæ agit Petrus Antiboli *de muner. & honor. part. 3. principa. num. 76.*

40 Sexta qualitas eſt litigantium contra Ciuitatem, quia hi ab obtinendis eiuſdẽ officijs arcẽtur ex diuerſis ſtatutis ſeu ordinationibus eius, quarum alia eſt 25. Nouembris 1547. alia 4. Nouembris 1576. & alia 23. Maij 1585. Sed quia nihil eſt fauorabilius diuino & humano iure quam ab oppreſsione defenſio *can. facta ſunt leges 4. diſtin. cap. prædicator 16. quæſt. 1. cap. nonnulli de reſcrip.* limita vt non procedat in ijs qui denegata ſibi iuſtitia in domo ipſius Ciuitatis per Conſules ſeu Clauarium ſuo caſu, vel ab ipſis ſua ſententia aut prouiſione verbali vel in ſcriptis condemnati contendentes ſe iniuria laceſsitos, ad Regium Senatum appellauerint, nec locũ habeat in aduocatis qui litigãtibus aduerſus Ciuitatem conſulunt, neque in confratribus alicuius Confratriç ſeu Collegij, qui Syndico illius contra Ciuitatem litigante, ipſi renũciauerint liti, imo eorum renunciatio admittenda ſit, vti his tribus caſibus limitat & ſic declarat votum Regiorum Senatorum, ſimulq. Ciuitatis ordinatio anni 1619. cuius ſæpius meminimus.

41 Septima qualitas eſt regiorum officialium quoniam iſti ad officia huius Ciuitatis regenda non admittuntur ex priuilegio Ferdinandi anni 1498. & antea ex ſtatuto eiuſdem Ciuitatis condito 30. Septembris 1467. ſufficit tamẽ quod ante extractionem officijs regijs renunciet, neque neceſſe eſt, vt ſex menſibus ante eam renũciauerint, quia capitulum 54. curiarum anni 1599. quod hunc terminũ aſsignat, ſi attentius perſpiciatur, loquitur dumtaxat in officijs domus Generalis Cathaloniæ, non Ciuitatum

& Vil-

Digitized by Google

& Villarum Principatus, li cet ipſarum meminerit, quia nihilominus intelligitur de dictis officijs Generalis in Ciuitatibus & Locis Cathaloniæ iuxta materiam ſubiectam, & ita anno 1628. de cōſilio & voto aduocatorum ordinariorum ſuorum quorum vnus tunc eram, declarauit Concilium ordinarium Ciuitatis Barcinonæ in facto extractionis Conſulum Logiç maris contra Raphaelem Viloſſa domicellum & in fauorem Ioſephi Maſſo I.V.D. poſt longas partium informationes, quæ declaratio poſtea in cauſa appellationis ad Regiam Audientiam interpoſitæ fuit confirmata referēte magnifico Monſerrato Ramon regio Conſiliario, & antea fuerat declaratū anno 1625. in Domo Ciuitatis in fauorem Antici Seruat notarij publici Barcinonæ.

42 Extat tamen cōſtitutio 6. tit. *de perſonas prohibidas regir officis*. per quam officiales regij tēporales qui(vt vulgo loquimur) tabulam purgant ſeu iudicio tabulæ aut Syndicatus peracto triennio ſubijciuntur, non poſſunt cōcurrere ad officia iuriſdictionis prædictę vel aliarum Ciuitatum, etiam finito regio officio, durante tempore ſyndicatus ſiue tabulæ, & hanc cōſtitutionem ita adaptat ad ſimilia officia Vniuerſitatum votum ſæpe citatum Regiorum Senatorum anni 1619.

Exiſtimat Ciuitas Barcinonę 43 a ſuis officijs obtinendis nō ſolū prohiberi officiales regios iuriſdictionem habētes, verum etiam non habentes, quia priuilegium Ferdinandi indiſtincte loquitur, argumento *l. de precio ff. de publici. in rem acti*. Sed hoc vt video, nō admiſit Regia Audiētia vt declarauit 27. Octobr. 1593. referēte Peguera in fauorem Franciſci Broca Virgarij Cōſulum Logiæ maris, & meo tempore in fauorem Nicolai Parello magiſtri naualis regij referente Bonet, & nouiſsime in fauorem Michaelis Garcia mercatoris Receptoris regiorum reddituū Baiuliæ Generalis Cathaloniæ, quando erat ipſa penes dominum Regē, referente Maſſo & in proceſsibus harū cauſarum

ſarum alia leguntur exẽplaria.
44 Imo & ſi regius officialis iuriſdictionem habeat, modica tamen ſit, hac de cauſa pro eo ius dicit, admittitque illũ ad Ciuitatis Barcinonẽſis officia, vti ſententiam dixit 4. Nouembris 1596. reſente Peguera in fauorem Ioachimi Setãti Caſtellani ſiue Alcaydi Caſtri de Bellaguarda condemnando Syndicum eiuſdẽ Ciuitatis.

45 Si autem ad praxim domus ipſius Ciuitatis reſpicias, monſtra pariet: quidam enim ſunt regij officiales iuriſdictionem habentes, qui in domo noſtrę Ciuitatis sũt in poſſeſsione vt ad officia eius admittantur, vti ſunt iudex retroclamorũ curię Vicarij Barcinonæ & coadiutores Magiſtri Rationalis Regij, & quidam ſunt officiales regij iuriſdictionem non habentes qui in domo eiuſdem Ciuitatis ſunt in ſtatu repulſæ ab ipſius muneribus obtinendis, vti ſunt Aduocati pauperum regij carceris.

46 Octaua qualitas eſt familiarium & miniſtrorum S. Officij Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, quia non poſſũt obtinere officia Vniuerſitatum Cathaloniæ ex conſtitutio. 16. tit. *de perſonas prohibidas regir officis*. & declarauit Regius Senatus 3. Auguſti 1587. in fauorem Syndici Dertuſæ contra Paulum Ierda Receptorem Officij Sanctæ Inquiſitionis Regni Valentiæ.

Nona eſt obtinentium Ecclesiaſtica beneficia, qui dum 47
illa habent, nec poſſunt ad extractionem officiorũ noſtrę Ciuitatis concurrere, neque ad ſortem illarũ deſcribi ſeu imburſari, vt explicat votum Regiorum Senatorum, ſimulque deliberatio Conciliaris anni 1619. quia beneficium Eccleſiaſticũ debet eſſe perpetuum *cap. 1. de capell. monac. cap. ſat ſperuerſum 56. diſt.* Salzed. *in addit.* ad Bernard. Diez *in prac. crim. canon. cap. 50.* Rebuff. *in cap. nulla de conceſsi. præben. nu. 4.* Aloyſi. Ricci. *in praxi beneficiorũ dec. 396.* De hoc impedimẽto pro iure communi tractat Petrus Antibol. *de muner. & honor. part. 3. num. 90.*

Decima eſt infamiũ qui ex 48
priui-

priuilegio Ferdinandi anni 1498.qui per ſentētiam fuerint declarati infames ob delicta per ipſos commiſſa,vel ex perſonis nominatis & cōpræhenſis ſub conſtitutione 8.tit.*de abatuts,y latitans* confirmata in curijs anni 1599. nec non qui fuerint codemnati propter fraudes in officijs ipſius Ciuitatis quæ obtinuerint,perpetratas,delēdi ſunt a ſorte & matricula officiorum dictæ Ciuitatis, ita vt reddantur inhabiles ad officia & beneficia eius: itaque hæc explicat & intelligit votum ſœpe citatum Regiorū
49 Senatorū anni 1616. ſubdens quod ſi pendente ſuper his inquiſitione ad aliquod illi officium Ciuitatis ante ſententiam extrahātur, non admittantur ſed repellantur & extrahantur alij,quod eſt iuri communi conſentaneum *in l.1.C.de reis poſtulatis li.*10. *& ibi* Bart. *& alij claſſici. l. reus ff.de muner. & honor.* quæ limitat niſi vno anno lapſo. *c.Omnipotes Deus de accuſatio.* fuſe Nauar. *conſ.*3. *Superantinomia tit.de accuſatio.* Maſtril. *de magiſtratib.tom.1.lib.2.cap.* *9.num.2.& ſeqq.* fallit tamen regula iſtorum iuriū quando quis accuſatur de minimo delicto,vel accuſatio eſt calumnioſa,ad tradita *in l.obſeruare §.proficiſci de offic. Proconſul. & Legat.in l.quamuis ff.de cōditi.& dem.& in l. qui deliberate vers. qui vero ff.de libera. cauſ.* Meſtril.*d.cap.9.num.*34. Mier. *in Curia Ilerdæ Regis Iacobi* 2.*ca.*2.*num.*3.*cum ſeqq. collatio.* 4. Quo vero ad ſen- 50
tentiam declaratoriam quæ præcedere debet ante exburſationem & delendum nomē a ſorte & matricula,memini quod anno 1628.aduocati ordinarij Ciuitatis noſtræ adiunctis doctiſsimis Iureconſultis Iacobo Cancerio Petro Fontanella,& Ioanne Ximenis conſultoribus conſuluimus ipſi Ciuitati dictam ſententiam ad effectum prædictum requiri in terminis dictæ conſtitutionis 8.atq.fieri debere per iudicem Regium ordinarium ſeu Regium Cōcilium, non per Vniuerſitatem,& in caſu tunc occurrēti t. Polit & t. Miret ſufficere quod in Regia curia fuiſſet declaratum eos incidiſſe in

pœnas conſtitutionū *dels abatuts* cuius prouiſionis vigore fuerant publicati eiecti a pace & treuga & inimici domini Regis, licet ea prouiſio parte non audita facta eſſet, quoniam latitabant & ſe in carcerem tenebātur ponere, & couſulti poſtea per Ciuitatem Doctores Regij Concilij Fran. Ferruz ſocer meus, Hieronym. Gnerau, & Raymundi Rubi, idem dederunt ſuffragium.

51 Preterea ex priuilegio Philippi anni 1598. ſi Conſules huius Ciuitatis vel habilitatores pecuniam vel quicquā aliud receperint vt aliquem ad ſortem officiorum adſcriberent, ipſi ſunt inhabiles ad omnia Ciuitatis officia obtinenda, neque dantes poſſunt in matricula deſcribi officio-

52 rum. Eſt quoque 9. Octobris 1407. ordinatio Ciuitatis eiuſdem quod infecti ſanguine Maurorum vel Iudeorum non poſsint conſequi mune-

53 ra eius. Et 27. Auguſti 1481. alia Ciuitatis ipſius ordinatio contra cōmittentes fraudem in officijs predictis vt ſint ad omnia inhabiles licet dederint fideiuſſores. facit conſtitut. 3. tit. *de perſonas prohibidas regir officis* in cuius terminis 54 nota quod ſi officialis iudicio tabulæ condematus, appellauerit, & appellatione pēdente trāſegerit, pœnam conſtitutionis euadit: quia conſtitutio intelligitur tantum de ſententia in rem iudicatam tranſacta, vt decidit Regia Audientia 9. Decemb. 1608. referente Aſtor inter Franc. Bas Ferrer, & Hyeron. Coſta. argumento eſt tex. *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicat.*

Denique excommunicati 55 ſi forte ad officia Ciuitatis extrahantur, patiūtur repulſam, exemplar inter alia legitur 30. Nouembris 1596.

Vndecima qualitas eſt obtinentium aliud eiuſdem Ciuitatis officium, quia ex priuilegio Ferdinādi anni 1498. & interpretatione Hyeronimi Albanell Regentis anni 1503. non poteſt vnus eodem tempore habere duo officia dictæ Ciuitatis, ſiue ambo eſſent cum ſalario ſiue vnum cum ſalario & aliud ſine eo & ſiue ſalarium ſoluatur per Ciuitatem ſiue per alium, ex- 56

ceptis

ceptis muneribus Conſulum ipſius Ciuitatis, & Conſulum vltra mare, quæ nullo modo impediunt ad alia officia vel ob alia officia ſed ſimul obtineri poſſunt. Adde deliberationem Concilij Centumuiralis 25. Ianuarij 1603. qua fuit ſtatutum vt ſi Procurator Baroniarum Ciuitatis ad aliud officium forte extraheretur, eſſet habilis ad vtrumque ſimul obtinendum, attento nõ habebat ſalarium dictus Procurator ſed ſeptuaginta libræ ſibi aſsignabantur pro ſumptibus itinerum.

57 Obſerua ex eiſdẽ priuilegio Ferdinãdi & interpretatione Regẽtis Albanell quod obtinens officium ad vitam, non poteſt ei renunciare pro obtinendo officio temporali ſi ad hoc forte extractus ſit, niſi ante extractionem renũciatio fiat. Semper tamen & omni tempore poteſt renunciare officio ſuo temporali pro alio ad vitam conſequendo, & officio ad vitã, pro alio officio ad vitam adipiſcendo.

58 Nota quoque ex ordinationibus Ciuitatis conditis 23. Ianuarij 1579. quod obtinens officium temporale dictæ Ciuitatis, & ei renũcians ante finitum tempus dicti officij, eſt inhabilis ad conſequendum aliud officium Ciuitatis temporale, donec tẽpus primi officij lapſum ſit, & interim non poteſt concurrere ad officium temporale.

Vnum officium in titulũ & alterum in commendam poteſt quis ſimul habere, non obſtante priuilegio Ferdinãdi ex traditis per Emil. Veral. *dec.* 145. Oldrad. *conſ.* 179. & in terminis fuſe per Cancer. *Var. part.* 3. *cap.* 8. *a nu.* 71. & per me *de offic. iud. & aduoc. part.* 3. *quæſt.* 5. *nu.* 11. *&* 12. vbi & alios caſus fallentiales ſubieci *num ſeqq.* & prædictũ declaraui & conſilia præfatæ Ciuitati reddita retuli. An quis cogi poſsit vno & eodẽ tempore ad exercendum duo publica officia Vniuerſitatis, notatur per glo. & DD. *in l.* 1. *C. quemadmod. mune. Ciuitã. indican. lib.* 10. 59

Duodecima qualitas eſt eorum qui ab eodem officio ad quod extrahuntur, debito tẽpore non vacarunt: vacaſſe 60

enim debent ab eodem, non ab alio munere, a die finiti officij vſque ad nouæ extractionis diem per tres annos ex priuilegio Ferdinãdi anni 1498. niſi prius officium quis obtinuiſſet per mortem vel renuntiationem prædeceſſoris durante tempore officij contingẽtem, reſiduumque tempus ipſius officij nõ eſſet dimidij temporis eius. Fallit in Decurionibus id eſt conſiliarijs Concilij centumuiralis, qui anno ſolum vacare debent, & in cuſtodibus portarum Ciuitatis, & in cuſtodibus maris, & in appenſoribus Ædilis atq. palearum, qui ab his officijs nunquam vacare tenentur. Fallit inſuper in officialibus viſitationis ſeu ſyndicatus officialiũ Ciuitatis, nam illi nouo iure vno anno, non duobus vt antea, ab his officijs vacare debent ſiue ad idem quod obtinuerant, ſiue ad aliud officiũ dictæ viſitationis extrahantur, ex ordinationibus eiuſdẽ Ciuitatis editis anno 1598. 7. Febrnaaij, corrigendo veteres anni 1595.

61 Decima tertia qualitas eſt abſentium a Principatu Cathaloniȩ & Comitatibus Rõſilionis & Ceritaniæ: qnoniã huiuſmodi abſentes non poſſunt cõcurrere & in caſu extractionis approbari ad Conſulatum vel alia officia noſtrȩ Ciuitatis, ſed ſuffocari debent, & alij extrahendi ſunt ex priuilegio Ferdinandi anni 1498. vbi excipiuntur Cõſules vltra mare, ad quorum officia tales abſentes extracti ſunt habiles, imo etiam ſi domum in eadem Ciuitate non haberent. Iuxta hoc priuilegiũ declarauit Regia Audientia 24. Auguſti 1598. referente Sabeter in fauorem Petri de Tamerit domicelli, & cõtra Ioannem Baptiſtam Gori I. V. D. in extractione officij Buiuli Cuporum Barcinonæ. Excipiuntur quoque illi qui domicilium & habitationem cũ ſua familia Barcinonæ obtinentes profecti fuerint pro ſuis negocijs ad Curiã Regiȩ Maieſtatis, ſunt enim habiles ſi ad ſupraſcripta officia extrahantur, dummodo infra duos mẽſes a die extractionis numerandos ad Ciuitatem ipſam redeãt, nec teneа-

teneatur Ciuitas eis notam facere ſuam ſortē, & termino duorum menſium lapſo alij extrahuntur, ſi illi non redierint, ex priuilegio Ferdinādi anni 1499. de quo articulo an & quando præſens in Curia Regia pro negocijs proprijs, & abſens a ſua Ciuitate, habeatur in hac pro præſente ad conſequendum ipſius munera, late Pereyra *deciſ.1.*

62 Speciale eſt in Conſulibus Ciuitatis noſtræ & conſiliarijs Concilij centum Iuratorum quod vt poſsint ad ſortem horum munerū adſcribi, vxorē habere vel habuiſſe debent ex priuilegio Alphonſi anni 1455. & Ferdinādi anni 1493. atque Philippi 1587.

63 Rurſus ſpeciale eſt in militibus quod ſyndici curiarū generalium vel ex cōgregatione viginti quatuor perſonarum curiæ eſſe prohibentur ex priuilegio Ferdinandi anni 1498. nec intereſſe in Concilio centūuirali poſſunt dum de negocijs curiæ agitur, vno excepto Conſule ordinis militaris, qui tamen licet miles ſit, in brachio militari interuenire non poteſt, ex interpretatione Regentis Albanell anni 1503.

Similiter ſpeciale eſt in conductoribus iurium Ciuitatis & eorum participibus quod hoc durante tempore non poſſunt obtinere officia Conſulum, Ædilium, Clauariorum, & Prępoſitorū menſę numariæ Ciuitatis, qui officiales etiam conducere iura Ciuitatis vel conductionis participes fieri ſunt interdicti ex priuilegio Ferdinandi anni 1498. & declaratione voti Regiorum Senatorum anni 1619. 64

Denique ſpeciale eſt in Doctoribus Iuriſperitis quod ad obtinendum officia viſitationis officialiū huius Ciuitatis & vt ad ſortem eorū deſcribantur, debent cauſarū patrocinium in Regia Audiētia exercuiſſe ſcilicet Aſſeſſorē viſitationis per octo, & Aduocatum fiſcalem per quinque annos, ex priuilegio Philippi anni 1599. quos annos ceptos fuiſſe ſufficere declarant Regij Senatores in d. voto anni 1619. 65

EX

EX §. XXIII.

SVMMARIVM.

1 INhabilis quemadmodum declarari debeat in Concilio cẽtumuirali Barcinonæ extractus ad aliquod officium, & an & ad quem poſſit ille recurrere, quomodo cauſa recurſus expediri, ex priuilegio Regentis Albanell.

Appellationis quæ ſit natura & an valeat de maiori ad minorem. ibidem.

2 Inhabilis poteſt declarari extractus ſorte ad officium in Cõcilio Ciuitatis Barcinonæ, etiam ſi lis pendeat in Regia Audiẽtia ſuper nullitate imburſationis. vbi deciſio.

3 Ad officij ſortem quamuis indebite adſcriptus, interim tamen lite pendente manutenendus eſt. vbi deciſio.

4 Inhabilis ſi fuerit declaratus extractus ad officium in Concilio Ciuitatis & alius fuerit extractus, & prior appellauerit ad Regiam Audientiam, & poſt eius appellationem & ſubſequutã inhibitionem, poſterior extractus fuerit immiſſus in poſſeſſionem, an hæc poſſeſſio debeat vt attentata reuocari. referuntur tres diuerſæ deciſiones, & num. 5. 6. & 7.

5 Prima deciſio negatiue concludens.

6 Secunda deciſio cõcludens affirmatiue.

7 Tertia deciſio remittens attẽtatorum declarationem ad diffinitiuam.

8 Recurſus in domo Ciuitatis Barcinonæ interpoſiti pariũt vtrumque effectum & deuolutiuum & ſuſpenſiuum.

9 Officij exercitium poteſt prouiſo inhiberi pendente cauſa reuocationis regij priuilegij, ſi cum eo prouiſus non erat in poſſeſſione ante litem motam. vbi deciſiones & nu. 10.

10 Et hoc caſu capta lite pendẽte poſſeſſio per dictum prouiſum vt attentata reuocatur.

11 Interdictum Interim, quãdo melius ſit intentare quam remedium attentatorum.

12 Concilium centum Iuratorũ an poſſit aliquem nõ citatum & auditum in perpetuũ priuare ab officijs & beneficijs Ciuitatis propter exceſſus & delicta

delicta aduerſus eam commiſſa, delendo etiam illum a matricula ſortis ad quã adſcriptus eſt & declarando inhabilem. & num. ſeqq.

13 *Quid de his procedimentis ſentiat Regia Audientia. vbi deciſiones, cum num. 15. & 16. vbi quid ſi priuato nulla cõpetebat defenſio. & num. 17.*

14 *Priuandi & inhabilitandi conceſſa facultas intelligitur cum cauſę cognitione & parte citata. & num. 17. vbi deciſiones.*

18 *Officialis recedens tempore peſtis an poſſit priuari ſine partis citatione, & quemadmodum contra eum procedendũm ſit. vbi deciſio.*

19 *Citatio eſt fundamentum iudicij, & de iure Naturali, neq; poteſt per Principẽ tolli.*

20 *Et quid in Cathalonia vbi eſt procedẽdum per directũ, & quid ſit procedere per directum.*

21 *Citatio ſi omittatur, declaratur iudicium nullum cum expenſarum condemnatione.*

22 *Priuatus officio abſque citatione, obtinet in cauſa appellationis ſalaria & lucra officij a tempore priuationis. vbi deciſiones.*

23 *Salaria & lucra officij an & quando obtinens per ſententiam officium, conſequatur de tempore ante ſententiam. vbi deciſiones. cum nu. 25. & 26.*

24 *Officium cum iuriſdictione obtinens, de alio prouideri nõ prohibetur, ſed vtrumque ſimul & ſemel in eodem loco cum iuriſdictione habere & exercere nequit, ita quod per adeptionem poſſeſſionis vltimi vacat primum, ad interpretationem conſtitutionum Cathaloniæ.*

27 *Suſpendi ab officio abſque citatione ante inquiſitionis publicationẽ an & quando quis poſſit. & num. 28.*

28 *Mandatum exeundi a Ciuitate quod pendente contra officialem inquiſitione quandoque illi ſit remiſſiuè.*

29 *Condemnare an poſſit Ciuitas Barcinonæ ad priuationem officiorum ſuorum imperpetuum.*

30 *Condemnare quibus pœnis poſſit Ciuitas Barcinonæ ſuos officiales & de modo procedendi in caſu graui.*

§ XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII.

De recurſibus & appellationibus officialium.

1 IN declaratione Regentis Hieronymi Albanell anni 1503. quæ habet vim regij priuilegij, cautū eſt quod ſi forte extractus in Concilio Ciuitatis Barcinonæ ad aliquod eius officium, dicatur inhabilis, iudicetur & declaretur per Conſules & maiorem partem Concilij, audito extracto, ſi præſens fuerit, vel viſum fuerit Concilio eum expectare, cumque facta fuerit inhabilitatis declaratio, ad alterius extractionem in eius locum procedatur, & ſubdit quod ſi inauditus fuerit in prædicto Concilio declaratus inhabilis, & prætenderit eſſe habilē, poſſit recurrere ad Conſules qui infra ſex dies teneantur congregare Concilium Ordinarium, quod atque Conſules recurrente audito & habito conſilio aduocatorum ipſius Ciuitatis ſuper habilitatione declarēt. Vnde hoc caſu Cōcilium ordinariū audita parte cognoſcit de eo etiā quod iudicauerat, inaudita tamen parte, Concilium Generale Cētum Iuratorum, & ita ſeruatur contra appellationis naturam quæ eſt prouocatio de minori ad maiorem iudicem, adeo vt non valeat conſuetudo quod a maiori ad minorem appelletur, ſecundum *gloſan ca. non putamus in verſ. officiali. de conſuetud. in 6.* Felin. *in rubr. de appellatio. circa prin.* Ioan. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſiaſt. *part. 3. c. 7. num. 35.*

Declaratio, quæ ſequuta in Concilio ad ſortem extractione alicuius pro aliquo officio, fit per idem Concilium ſuper habilitate vel inhabilitate perſonæ, adeo priuilegiata eſt vt etiam ſi tempore extractionis pendeat in Regia Audientia lis & cauſa ſuper nullitate adſcriptionis ad ſortem ſiue inburſationis 2

eiuſdem

eiuſdem perſonæ, nihilomi-
nus fieri valeat ſine vitio at-
tentatorum per dictum Con-
cilium Ciuitatis, non obſtan-
te appoſitione manus Supe-
rioris, vt decidit Regius Se-
natus 15. Nouembris 1580. in-
ter Michaelem Cabes & Pe-
trū Boſſer dulciarios ex vna
& Syndicos Ciuitatis & Phar
macopolarum ex altera par-
tibus: *quia* (inquit) *Ciuitas Bar
cinonæ eſt in poſſeſſione decla-
randi habiles ſeu inhabiles ex-
tractos ſorte ad officia & non
attentat qui poſſeſſionem ſuam
continuat.* Sed reuera is qui
3 ſorte extrahitur ad officium,
tempore quo ſimilis lis pen-
debat indeciſa in Regio Cō-
cilio ſuper nullitate inbur-
ſationis eius, habilis eſt: quia
imburſatus quamuis indebi-
tè, interim lite pendente ma-
nuteneri debet in poſſeſsio-
ne ſeu quaſi dictę imburſatio-
nis & vti & frui beneficio il-
lius, vt in memorata cauſa di-
ctorum Cabes & Boſſer atq.
Syndicorū Ciuitatis, & Phar
macopolarum pronunciauit
Regius Senatus in alia in-
ſtantia 18. Aprilis 1580. refe-
rente Baile.

Sed finge aliquem ad ali- 4
quod officium in Concilio
Ciuitatis ſorte extractū fuiſ-
ſe & per idem Conciliū de-
claratū inhabilem & extra-
ctum alium in eius locum,
atq. priorem extractum ap-
pellaſſe ad Regiam Audien-
tiam prætendendo ſe habilē
& male ſuffocatum, admiſſāq.
eſſe appellationē & emana-
tam inde inhibitionem, po-
ſtea vero inhibitione nō ob-
ſtante ſecūdo. extractum im-
miſſum fuiſſe in poſſeſsionē
ſeu quaſi præfati officij, nun-
quid poſſeſsio poterit tan-
quam attentata reuocari? tres
in hoc articulo inuenio con-
cluſiones Regij Senatus, eaſ-
que diuerſas. Prima eſt 10. Ia- 5
nuarij 1514. in facto Gabrielis
Coll ex vna & Conſiliariorū
Barcinonę & Clementis Ior-
da ex altera partibus ſuper
officio adminiſtratoris pla-
tearum Barcinonæ referente
Orrit, & fuit cōcluſum quod
licet Regia Audientia manus
appoſuerit & fuerit cauſa cō-
miſſa & prouiſiones factæ &
intimatæ dictis Conſiliarijs
& Clementi Iorda nihilomi-
nus poſſeſsio vel quaſi poſtea

tradita dicto Iorda de dicto officio vt attentatũ & aliàs non debet reuocari, quia secundũ, formam regiorũ priuilegiorum dictæ Ciuitati concessorum dicti Consiliarij videntur vsi iure suo & aliàs possessione, qua non videntur priuari per prouisionem vel
6 litis pendentiam. Secunda est 5. Nouembris 1578. inter Michaelem Cabot dulciarium, & Syndicum Barcinonæ, & Petrũ Llorens referente Sescases, qua declarantur attentata circa suffocationem officij Consiliarij & alterius extractionem, quia erat articulus attentatorum prejudicialis ad causam principalem.
7 Tertia est 25. Augusti 1595. inter Syndicum Barcinonæ & Ioachimum Setanti referente Valencas, qua per maiorem partem Senatorũ fuit deliberatũ quod licet extractio facta per Cõsiliarios Barcinonæ de persona Francisci Gamis L.D. pro officio Consulum Logiæ maris Barcinonæ in locum dicti Setanti & administratio dicti Gamis ad regimen dicti officij & possessio eiusdem officij illi tradita & omnia alia procedimenta subsequuta essent facta post prouisionem & cartellum præsentatum Consiliarijs quibus mandabatur nihil innouarent in præiudicium litis per dictum Setanti introductę sub decreto nullitatis, & licet per dictum Setanti esset petitum prædicta procedimẽta via priuilegiata attentatorum reuocari & reduci in eo statu in quo erant tempore supradictæ inhibitionis: tamen quia attentata prædicta connexitatem habebant cũ meritis causę principalis & ne merita sententiæ diffinitiuæ in dicta causa principali ferẽda panderentur: declaratio dictorum attentatorum remitteretur ad diffinitiuam, reuocando prouisionem factã per Descamps 3. prædictorũ. Illud sane certissimum est quod si iuxta 8
terminos supra relatæ declarationis Regentis Albanell recurratur ad Cõcilium Ordinarium Ciuitatis per suffocatum & declaratum inhabilem, alio in eius locũ extracto, interim donec hoc Concilium declaret, nihil innouari

nari poteſt, quia recurſus domus Ciuitatis Barcinonę sũt huius naturę vt pariãt vtrũque effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum cum ſemper dicantur eſſe in puncto ferendæ ſententiæ, maxime iſto caſu quo diſponitur vt infra ſex dies Concilium Ordinarium ſententiam dicat, vt fuſius ſcripſi *de offic. iud. & aduoc. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 77.

9 Pendente cauſa reuocationis Regii Priuilegii, ſæpe decidit Regius Senatus inhiberi poſſe exercitium officij, ſi cum eo priuilegio prouiſus non erat in poſſeſsione ante litem motam. Sic 11. Octobris 1566. inter Berrardum Mecha & Syndicum Villę de Sabadell referente Ros declarauit quod pendente cauſa inſtatæ reuocationis regij priuilegij poterat interdici exercitium officij cum priui-

10 uilegio regio conceſsi. Et 16. Octobris 1576. inter Galcerandum Cartella, & Raphaelem Domenec referẽte Ferrer per maiorem partem regiorum Senatorum concluſum fuit, quod poſt factum priuilegium litigioſum, nihil poteſt attentari & ſufficit tali caſu illi qui dicit fuiſſe attentatum, quod probet attentationem, licet non probet poſſeſsionem: & ideo tãquam attentata reuocantur procedimenta per Vicarium & Iudicem Gerundæ & per dictum Domenec circa poſſeſsionem officij hoſpitis curſorum poſt citationem factã dicto Domenec ſuper nullitate prædicti priuilegij cum damnis & expẽſis. Quicquid in hac concluſione dicatur, 11 tutius eſt agenti hoc caſu experiri interdicto quod *Interim*, appellant, quam via priuilegiata attentatorum, ne iudex poſtea remittat attentatorum declarationẽ ad diffinitiuam prætextu quod nõ pandãtur merita eius, vt cõſuluit Cancer. *Var. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 73. *&* 74. & multis citatis confirmaui *part.* 1. *de offic. iud. quæſt.* 15. *num.* 120. videndus quoque Petrus Fontanel. *tom.* 1. *deciſ.* 285. *num.* 8. *&* 9.

Aliquãdo euenit quod Cõcilium centum Iuratorũ Barcinonæ in perpetuum priuat 12 aliquem non citatum nec au-

 ditum

Digitized by Google

ditum propter exceſſus & de
licta aduerſus Ciuitatem cõ-
miſſa,ab officijs & beneficijs
eiuſdem Ciuitatis ſi quæ ha-
bet, vel habere in futurum
poſſet,delendo etiam illum a
matricula ſortis officiorum
ad quã adſcriptus eſt & decla-
rando inhabilem. Vidi per
aliquos Iuriſperitos Ciuitati
conſultum non obſtante de-
fectu citationis, id fieri poſ-
ſe, non quidem per modum
contentioſæ poteſtatis, ſed
per modum politicæ corre-
ctionis, ad tradita per Bene-
dic.*in cap.Raynuntius de teſta-*
ment.Verbo,& Vxorem nomine
*Adelaſiam nu.*155.*deciſ.* 1.Cã-
cer.*part.3.cap.*8.*nu.* 109.Olib.
de iur.fiſc.cap.9.nu. 28. *&* 29.

13 Sed Regia Audientia hæc
procedimẽta non approbat.
Sic 30.Martij 1594.inter Syn
dicum Villæ Podij Ceritani
& Ioan. Rubi referente Ca-
ſtello concludit Regium Cõ-
ciliũ quod exburſatio a ſorte
officiorum facta non vocato
& citato imburſato & ſcrip-
to ad ſortem officiorum, eſt
nulla & reuocari debet.Et 7.
Septembris 1613.inter Petrũ
Moxo & Syndicũ Villę Cer-
uariæ referẽte Puigmija de-
claratur in Regio Senatu nul-
la ac ſpoliatiua deliberatio &
repulſio de dicto Moxo per
dictam Vniuerſitatem facta
ab officio Patiarij quod ob-
tinebat,& ab alijs officijs du-
rãte vita ex eo quia prædicta
inhabilitatio & priuatio fue-
rat facta via facti ex abrup-
to & erat ſpoliatiua poſſeſ-
ſionis ſeu quaſi in qua dictus
Moxo erat obtinendi officia,
& ſic fuerunt omnia reuo-
cata cum refectione damno-
rum, non obſtantibus regijs
priuilegijs regiminis præfa-
tæ Villę permittentibus pri-
uationes & inhabilitationes,
cum intelligantur cum cau- 14
ſæ cognitione & parte audi-
ta,ſaluo tamen iure eidẽ Vni
uerſitati in alio iudicio in
petitorio.Inſignis eſt de Ci- 15
uitate Barcinonę deciſio Re-
gij Concilij 7.Ianuarij 1588.
inter Iacobum Vila ciuem
honoratũ Barcinonę & Syn-
dicum eiuſdem Ciuitatis re-
ferente Puig facta, qua pro-
nunciatum fuit quod licet di-
ctus Vila tunc Conſiliarius
Barcinonæ receſſerit a curijs
generalibus Montiſſoni ſine
licentia

licentia Concilij centum Iuratorum & ideo priuatus & depoſitus fuerit per dictum Concilium officio Conſiliarij & effectus debitor quantitatis per eum receptæ tam vt Syndicum quam Conſiliarium: tamẽ quia prædicta depoſitio priuatio & declaratio facta fuit non citato nec audito dicto Vila & nullo legitimo præeunte proceſſu, nulliter facta fuit, cum iuxta iuris communis diſpoſitionem Iudices per directum nempe citata & audita parte, & non ſine cognitione cauſæ procedere debeat, quia citatio quæ iuris Naturalis eſt, abſque vitio nullitatis omitti non po-
16 teſt: & licet nulla dicto Vila competat defenſio reſpectu ſui receſſus a Villa Montiſoni, attamen non expedit Reipublic. quod ſimilia, etiam in caſibus notorijs fiant; nam ſi permiterentur, traherentur in alijs caſibus forçan nõ reparabilibus in conſequẽtiam. Ideo fuerunt omnia procedimenta prædicta reuocata & Ciuitas condemnata fuit ad ſolutionem integri ſalarij tã vt Conſiliarij quam vt Syndici, etiam pro reſiduo temporis Conſulatus a quo fuit priuatus, vſque ad diem vltimam qua idem officium Cõſulatus finiebat, ſaluo iure Ciuitati procedendi contra illum in pœnis in ſtipulationẽ deductis in inſtrumento iuramenti per ipſum Vila præſtiti de non recedendo, ſine licentia a dicta curia Montiſoni, eo tamen citato & audito ac legitima præcedente cauſæ cognitione.

De Ciuitate Ilerdæ eſt alia 17
concluſio Regij Senatus 21. Auguſti 1576. inter Franciſcũ Alguero notarium & Patiariõs Ilerdæ referente Negrell facta qua reſtituitur dictus Alguero ad officia Patiarij & aliorũ, a quibus fuerat priuatus propter aliqua verba iniurioſa contra Patiarios prolata, & declaratur quod propter illa verba non potuit perpetuo inhabilitari, præſertim incognitionaliter eo non citato nec audito, non obſtante prætenſa libera poteſtate mutandi, deſtituendi, & inhabilitandi Conſules ſiue Patiarios: quia hoc non ad eorum libitum & voluntatẽ,

& vt

& vt ius tertij ſine iuſta cauſa tollere valeant, ſed ad iuſtum & æquum extendi & adaptari debet. Et de Ciuitate Gerundæ eſt alia ſimilis cõcluſio eiuſdem Senatus 23. Maij 1577. inter Hieronymũ Gilabert I. D. & Syndicum Ciuitatis Gerundenſis referente Sabater. De Ciuitate Dertuſæ refert aliud exemplar Regij Senatus conſultiſsimus Petr. Fontãnell. *tom. 1. deciſ. 295. num.* 10. vbi *num.* 21. huiuſmodi abuſum Vniuerſitatum de quo agimus, valde execratur & obſeruantiam Regij Senatus commẽdat.

48 Imò etiam tempore peſtis exigit Regius Senatus hanc partis citationem, ſicquè 24. Ianuarij 1595. inter Ioannem Vallespir & Onofrium Gonſaluo referente Oliba cum declaraſset Senatus regius vt ſupra meminimus ſ. 21. quod officiales neceſsarij Vniuerſitatis tempore peſtis recedere nequeunt, & aliàs poſsunt ad redeundum cogi & in renitẽtiam officijs priuari, ſubdit in hac priuatione Vniuerſitatem Ciuitatis vel Villæ procedere debere ſummatiſſimè citatione ſola præmiſsa, quia in prouiſionibus, quæ fiunt tempore peſtis, præſertim de nouis perſonis pro officijs aliorum qui metu morbi officia & Ciuitatem relinquunt, apices iuris & iudiciorum termini ſolennes non ſeruantur in Senatibus & Ciuitatum Concilijs: ſed proceditur in eis pro caſus occurrentis neceſsitate, ſolius citationis termino pro defenſione citati expectato, ne dum ſolennia iudicij & dilationes expectantur, ſalus Reipub. pereat aut damnum Ciuitatis ingraueſcat, & ſic priuati non poſsunt vnquam officia recuperare. Conducunt tradita per Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. tom. 5. cap. 990. n.* 19. Salzed. *in addition. ad* Diaz *cap.* 52. *in fin.* Gregor. Lopez *ad l. 16. tit. 16. in princ. in verb. toller.* Azeued. *ad l. 27. tit. 3. lib. 1. recopilatio. nu.* 1. Oldrad. *conſ.* 195. Felin. *in cap. 2. num. 3. de reſcrip.* Abbas *in cap. ex parte num. 4. de cleric. non reſidenti.* vbi multa habentur de huiuſmodi procedimẽtis quãdo citatio & priuatio ſolen-

nis

nis non requiritur, ſed ſufficit monitio præcedēs & priuatio ſubſequens.

19 Nota ſunt iuris dogmata quibus dictæ deciſiones nitūtur: nā citatio eſt fundamentum iudicij § *fin. inſt. de pœn. lit.* Speculat. *in tit. de citatio. in prin.* eſt enim de iure Naturali, quæ cum ſit defenſionis ſpecies, nullo modo omitti poteſt, neque per Principem tolli *clem. Paſtoralis §. cæterū de re iudic. l. nam ita Diuus ff. de adoption.* optimus tex. *in ca. 1. de cauſa poſſeſsi. & propriet.* vbi Rom. Pontifex ait. *Contra inauditam partem nec nos poſſumus aliquid definire.* tex. *in l. de vnoquoq. & ibi omnes DD. de re iudic.* Sociu. *in cō. 12. vol. 1.* vbi ideo dicit quod Deus

20 citauit Adam. Hoc maxime procedit in Cathalonia in qua iudicari debet per directum *vſat. alium namque tit. de iur. fiſc.* id eſt cauſa cognita & ſic parte citata & audita & iuribus Patriæ ſeruatis, vt declarat Olib. *de iur. fiſc. ad eundem vſaticum cap. 3. nu. 25.* Vnde ſi omittatur citatio,

21 conſueuit Regia Audientia declarare iudicium nullum cum expenſarum omniū cōdemnatione, vt obſeruat don Ludouic. a Peguer. *in prax. ciuil. rubr. 6. num. 2. in fin.*

Hinc infertur quod ſi ab officio abſque citatione priuatus obtineat in cauſa appellationis, obtinet etiam ſalaria & lucra officij a tempore priuationis, vt in propoſitis exemplaribus cernere eſt: 22

at ſi lis vertitur inter duos de aliquo officio prouiſos & vnus lite vincat alium, non ſemper conſequitur prædicta ſalaria & lucra de tempore ante ſentētiā, tuetur enim aliquoties victum bona fides, labor, & exercitium officij a quo cecidit. Sic 24. Ianuarij 1592. inter Bonauenturā Montaner & Hieronymum Iorba I.D. refenrente Sabater cum dictus Montaner eſſet prouiſus per dominum Regem de officio Iudicis ordinarij Villæ Ceruariæ & idem officium eſſet conceſſum dicto Iorba per Viceſgerentem generalis Gubernatoris Cathaloniæ Viceregia præſidentē, & opponeretur aduerſus pręfatum Montaner ipſum ſecūdū cōſtitutiones Cathaloniæ eſſe

eſſe inhabilem & Incapacem
quod tempore ſuæ prouiſio-
nis eſset vnus ex Iudicibus
tabulæ officialium regiorum
Ceruariæ, pronunciauit Re-
gium Concilium in fauorem
dicti Montaner declarando
neque per conſtitutiones Ca-
thaloniæ neque aliàs prohi-
bitum eſse quod obtinens of-
ficium cum iuriſdictione, de
alio prouideri non poſsit:ſed
tantum quod ſimul & ſemel
in eodem loco duo officia cũ
iuriſdictione quis habere &
exercere nequeat quia tunc
per ademptionem poſseſsio-
nis vltimi vacat primum: &
concludẽdo ideo prouiſionẽ
officij Iudicis ordinarij Cer-
uariæ in perſona dicti Iorba
ſpiraſse ſtatimatq Regia Ma-
ieſtas, cui prędicti officij pro-
uiſio ſpectabat, illud contulit
dicto Montaner: & quoad lu-
25 cra ſeu emolumenta pręliba-
ti officij petita per Monta-
ner a dicto Iorba a die quo
illum interpellauit, abſolui-
tur ab iſta petitione Hiero-
nymus Iorba, attento proui-
ſio Gubernatoris tribuebat
eidem Iorba aliqualem & co-
loratam cauſam contradicẽ-
di prouiſioni dicti Montaner
quia iuſta credulitate duce-
batur quod prouiſiõ Guber-
natoris, qui tunc præſidebat
in Cathalonia, erat præferẽ-
da prouiſioni dictiMontaner,
& attento etiam quod ſalariũ
datur Aſseſsoribus pro labo-
ribus quos in ferendis ſentẽ-
tijs ſuſtinent. Aliud delibera- 26
uit Regius Senatus 3. Decẽ-
bris 1613. Inter Ioannem Pa-
lau Riffos & Syndicos Ciui-
tatis Barcinonę & Logię Ma-
ris referente Ferrer, cũ enim
dictus Riſos ſorte extractus
eſset ad officium Diſſinito-
ris mercium Logię Maris &
vt inhabilis ſuffocatus & ex-
tractus alius, declarauit nul-
lam repulſionem ipſius Rif-
fos & alterius extractionem,
cõcludendo quod Riffos mit-
teretur in poſseſsionem offi-
cij exploſo nouiter extracto
& quod conſequeretur ſala-
ria & emolumẽta omnia ne-
dum futuri temporis ſed etiã
præteriti, cum nõn ſtetiſset
per eum quo minus a prin-
cipio officio memorato Diſ-
ſinitoris mercium fungere-
tur.

Non nunquam quãuis of- 27
ficio

ficio priuari abſque citatione quis non valeat, ſuſpenditur tamen ante inquiſitionis criminum contra eum factæ publicationem & ſic ſine citatione, & hæc prouiſio eſt iuri conformis ſi iuſta ſuggerente cauſa vel pro exceſſuū enormitate fiat, ad tradita per Bouadil. *in Polit. tom. 2. lib. 5. ca. 1. de la ſuſpenſion y priuacion de officios contra los reſidenciados num.* 190. vbi cauſas refert, *& num.* 191. Pute. *de ſyndic. verb. Accuſatus nu.* 2. *&* 6. Grammat. *conſ.* 10. *nu.* 1. *&* 2. Boeri. *deciſ.* 150. *nu.* 15. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 168. *num.* 4. *vol.* 1. Ioſeph. Çumian. *in prax. Syndicat. cap.* 17. *num.* 9.

28 & ibi quoque agitur de mandato excūdi a Ciuitate quod pendēte inquiſitione aliquādo officiali fit. Videndus in Cathalonia Cancer. *part. 3. c.* 12. *a num.* 142. vbi caſus in Cathalonia fallentiales commemorat, & iterum *nu.* 210. *cum ſequentibus*, vbi quid de iure in hoc articulo dicendū ſit optime explicat.

29 Dubitatum vidi an Ciuitas Barcinonę poſsit aliquem imperpetuum ab officijs ſuis priuare, quod hæc videatur pęna grauior quam quę poſſit ad Ciuitatem ſpectare. Sed pro Ciuitate Barcinonæ affirmatiue deciſum fuit meo tēpore per Regiam Audientiam referente Monſerrato Ramon in cauſa Syndici illius contra Ludouicum Vileta Medicinæ Doctorem, in qua fuerūt pro Ciuitate exhibita alia exēplaria, & vnū antiquum reperies apud Micha. Ferrer 3. *part. obſer. cap.* 144. Condemnat etiam no- 30
ſtra Ciuitas ſuos officiales præter reſtitutionē damnorum, pænis pecuniarijs, non corporalibus. Hę enim ad dominum Regem ſpectant, qui hoc caſu poſtquam Ciuitas ſuam condemnationem fecit, ſolet ratione maioritatis pœnæ procedere ad eas.

EX §. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vixiſſe debet quis Barcinonæ per vnum annum & vnam diem vt vtatur iuri-*

bus & priuilegijs ciuiũ Barcinonæ, ſi forenſis ſit.

2 Et eadem conſuetudo viget in multis Ciuitatibus Germaniæ.

3 Maſculinũ concipit fœmininũ in priuilegijs ciuilitatis, & ſic etiam in priuilegio ciuilitatis Barcinonæ.

4 Vxor per matrimonium efficitur ciuis Ciuitatis viri & de familia viri, non patris.

5 In quibus tamen hoc procedat & intelligatur.

6 Vxor ſi habitauerit Barcinonæ per annum & diem, & vir habitauerit alibi in ſuo domicilio, an illa efficiatur ciuis Barcinonæ. & num. ſequentib.

7 Conſuetudo ciuilitatis Barcinonæ an obtineat in perſonis quæ ſequuntur forum alterius.

8 Quid in filiofamilias reſpectu patris.

9 Filius familias paternam Ciuitatem, originem, & domicilium ſequitur, poteſt tamen major factus domicilium mutare, & hoc præualebit.

10 Famulus an ſequatur Ciuitatem domini.

11 Statutum loquens de habitatore comprehendit ſtantem pro famulo cum alio.

12 Conſuetudo ciuilitatis Barcinonæ an procedat tantum in forenſibus Catalanis qui non ſunt de Ciuitate, ſunt tamen de Catalonia, & num. ſequẽtibus.

13 Verbum, forenſis. & verbũ, extraneus. an differant interſe. & num. 20.

14 Intellectus conſtit. 1. cum 5. tit. de homẽs propris ama ſats, y borders, y de remẽſa in 1. vol. conſtitut. Catal. & num. 21.

16 Genus includit omnes ſpecies, etiam ſi in vna ſpecie major ſit ratio quam in alia.

17 Conſuetudo ciuilitatis Barcinonę generaliter intelligẽda eſt ex Iacobo Marquilles.

18 Obſeruantia ſubſequta eſt vera legum interpres.

19 Extraneis cuiuſcunque nationis ſint extra Cataloniã, ſi per annum & diem Barcinonæ Larem fouerint, litteræ ciuilitatis certificatoriæ conceduntur in Domo Ciuitatis Barcinonæ.

22 Forenſis qui Barcinonæ per annum & diem vixit, an ſit vere ciuis Barcinonæ, vel ſit

pro

Digitized by Google

prociuis & nu. ſequentibus.

23 Differentia an ſit inter ciuem & prociuem: & nu. 28.

25 Filij qui de voluntate parētum matrimonium cōtraxerunt, an ſint vere emancipati in Catalonia.

27 Ciuis qui ex priuilegio eſt, eſt propriè & verè ciuis & gaudet ſtatutis deferentibus ſucceſſionem & alijs priuilegijs pro vt gaudet originarius.

28 Et extēditur extātibus verbis, quæ fictionem denotant.

29 Forenſis ex cōſuetudine Barcinonæ effectus ciuis illius quibus iuribus & priuilegijs gaudeat, vbi multa priuilegia ciuium Barcinonę recenſētur, quę varijs citatis DD. locis remiſſiuè declarantur & interpretantur.

30 Priuilegiū Regis Petri Barcinonæ conceſſum circa monaſteria in illa ædificāda an ſit validum.

31 Tempus vnius anni & diei, de quibus loquitur conſuetudo ciuitatis Barcinonæ, an debeat eſſe continuum. & n. ſequentibus.

32 Tempus quo nouicius in religione permanſiſſe debet ad profitendum, & quo tyrones cū magiſtris, vt magiſtri fiāt ſteiſſe tenētur, an debeat eſſe continuum.

34 Lex ſimpliciter de tempore loquens intelligitur de continuo.

35 Fallit quando interuallum eſſet modicum arbitrio judicis.

36 Factum non intelligitur quod non perdurat.

37 Alienigena qui biduò aut triduò non permanendi animo ſtat, ſpeciali voto jeiunij aut alio peculari præcepto illius loci tranſitus, ceſſante ſcandalo non tenetur.

38 Sacerdos in cuius habitationis loco de feſto officium recitatur; ſi per locum trāſeat, vbi feſtum non eſt, poteſt pro libito legere officium de feſto vel de feria.

39 Abeſſe non videtur, qui relicta familia abfuit.

40 Tempus an & quando dicatur continuum, ſi quis quolibet anno ſtet pro maiori parte anni.

41 Forenſis ſi per annum & diē Barcinonæ vixerit, non tamen animo ibi permanendi, an efficiatur ciuis Barcinonę.

Digitized by Google

& num. ſequentibus.

42 *Domicilium vt conſtituatur, neceſſarius eſt animus permanendi.*

43 *Mercatores qui diſtraendis mercibus alicubi ſunt animo vt illis venditis recedant, in eo loco vbi ex dicta cauſa extiterunt, domicilium non acquirunt.*

44 *Scholaris qui ſtudiorũ cauſa locum aliquem inhabitat animo vt finito ſtudio ad patriam reuertatur, quamuis per multum tempus extiterit, domicilium non acquirit.*

45 *Domicilium contrahẽdi animus præſumitur ex lapſu decennij, etiam in ſcholari.*

46 *Conſuetudo ciuilitatis Barcinonæ non loquitur nec intelligitur de domicilio ſed de habitatione.*

47 *Forenſis qui Barcinonã attulit maiorem fortunarum ſuarum partem, manſitque animo permanendi & domicilium conſtituendi, an ante lapſum anni efficiatur ciuis Barcinonæ, & nu. ſequentib.*

48 *Domicilium licet decennio acquiratur, tamen etiam in continenti acquiritur, quando quis re & facto animum manẽdi declarat, & quo modo.*

49 *Domicilij vera definitio.*

50 *Decennium quare requiratur ad domiciliũ contrahendum, & quando non ſit neceſſarium.*

51 *Forenſis ſi per annũ & diem extra muros Barcinonæ habitet, in territorio tamen ipſius Ciuitatis, an pariter efficiatur ciuis.*

52 *Ciuitatis vel vrbis appellatione comitatus & diſtrictus continentur.*

53 *Abeſſe non dicitur qui eſt in comitatu ſeu diſtrictu.*

54 *Territorij vera definitio & vnde dicatur.*

55 *Ciues facit etiam origo.*

56 *Vt tamen gaudeant ſtatutis & priuilegijs illius Ciuitatis debent ibi habere domiciliũ, & onera realia & perſonalia ſoluere.*

57 *Forum non ſortitur quis in loco originis vel contractus, niſi ibi reperiatur: ſecus in loco domicilij. & num. 58.*

59 *Domicilium triplex eſt, nempe Naturale, Accidentale, & Commune, & quod quodque ſit.*

60 *Baptiſmus ciuem efficit non ſolum*

ſolum quo ad ſpiritualia, ſed etiam quo ad temporalia.

§. XXIV.

Ciues Barcinonæ qui cenſeantur.

PRætermitto ciues honoratos Barcinonę de quibus ſcripſi ſupra §. 10. *num.26.cum 2.ſeqq.* & verba faciendo de ſimpliciter ciuibus Barcinonæ, nec recedendo quo ad munera Barcinonenſis Reipublicæ obtinenda, ab ijs quæ obſeruaui *§.21.num.8.& §.22.nu.*15. 18.
1 *&* 19. aſſerendum eſt quod vt quis vtatur iuribus & priuilegijs ciuium Barcinonę, ſi foreſis ſit, vixiſſe debet Barcinonæ per vnum annum & vnam diem iuxta cap.53.priuilegij Petri Secundi cōceſſi Barcinonæ 3.idus Ianuarij 1283.quod ſitum eſt in 2.volum conſtit.Cathal.*tit.de las cōſuetuts de Barcelona vulgarment ditas, lo Recognouerunt Proceres.* Verba ſunt iſta. *Itē quod quicunque forenſis qui ſteterit in Barcinona per vnum annum & vnam diem, habeatur pro ciue & non poteſt peti a domino, de cuius dominio fuit oriundus.* Eandem conſuetudinē 2
vigere in multis Ciuitatibus Germaniç notat Andrę.Gail *pract.obſeruat.lib.2.obſeruatio. 35.num.*8.

Intelligitur noſtra cōſue- 3
tudo tam de maſculo quam de fœmina, quia in priuilegijs ciuilitatis maſculinū cōcipit fæmininum, Riminald. iunior *conſ.56.nu.74.& ſeqq. vol.*1. Tiberi.Decian.*conſ.*16. *num.*104.*vol.* 4. & in ſpecie præfatę conſuetudinis ita eā explicat Marquill. qui circumfertur manuſcriptus ad dictum priuilegium Regis Petri ſuper *d.ca.*53.vbi (quod 4
plus eſt) mouet dubium in vxore, quæ per matrimoniū mutat proprium domicilium & aſſumit domicilium viri, fitq. ciuis illius Ciuitatis cuius eſt vir, & eiuſdem originis, ita vt per ſacramentum matrimonij trāsfundatur origo vxoris in originem viri, dica-

Digitized by Google

dicaturque illa etiam de fa-
milia viri,non patris, vt cō-
probāt Tiraquel. *de legib.cō-
nubiali lib.l.1.gloſ.1.part.1. num.*
28.*Vſq.ad num.* 34. Stephan.
Gratian.*diſcept.forenſ. tom.5.
cap.*886.*nu.*1. qui vltimus ta-
5 men *num.*2.*&* 14. intelligit
reſpectu fori iudicialis,& in
illis in quibus diſtraheretur
a ſeruitijs mariti diceus quo
ad bona & alia retinere ori-
ginale domicilium, & ligari
ſtatutis loci originis , extra
quem nupta fuit,ſicque one-
ra realia & mixta ſuſtinere
in loco vbi poſsidet,ex Sur-
do *conſ.*560.*num.*8.*Vſq. ad* 11.
*lib.*4.Tiraquell.*d.l.1.gloſ.1.
part.1.n.*37.Aymon.*con.*271.
& alijs. quibus addi poteſt
optimus locus Magonij dec.
Florentiæ 107.*num.* 6. *&* 11.
6 vbi ita quoque declarat.Quę-
rit ergo Marquilles an ſi v-
xor habitauerit Barcinonæ
per vnū annū & diē & vir ha-
bitauerit alibi in ſuo domi-
cilio,vendicet ſibi locum no-
ſtra conſuetudo in illa,& af-
firmatiuè reſoluit ſubdēs ita
fuiſſe determinatum perCō-
ſiliarios Barcinonę de conſi-
lio aliquorum ſapientum in
vxore Andreæ Barrot Vici,
quæ non bene concordabat
cum viro ſuo,& ad inſtantiā
ipſius viri Baiulus Vici re-
quirebat Vicarium Barcino-
næ quod citaret eam ad cō-
parēdum corā eo Vici,quod
factum non fuit cum pro ci-
ue Barcinonenſi haberetur
per noſtram conſuetudinem
iuncto capit.107.eiuſdē pri-
uilegij *Del recognouerunt Pro-
ceres:* licet alij ſapientes con- 7
trarium exiſtimarent tenen-
tes dictam conſuetudinē non
obtinere in perſona,quæ ſe-
quitur forum alterius , ſicut
vxor viri.

Hæc reſolutio de vxore 8
reſpectu mariti fortius pro-
cedet in filiofamilias reſpe-
ctu patris, quia licet filiusfa-
milias paternam Ciuitatem 9
originem & domicilium ſe-
quatur *l.1.l.nō Vtique 4.iunc.
gloſ.1.ff.ad municipal.l.filios 3.
C.de municip.& origin.lib.*10.
*l.aſſumptio.5.filius & ibi gloſ.
in Verbo,non domicilium ff. ad
municipa.* Caſſan.*conſ.* 54. *nu.*
13.Guillelm.Benedic.*in cap.
Raynuntius in Verb.mortuo ita-
que teſtatore.* Alphonſ. Nar-
bona *ad leges regias lib.4.tit.*1.

lege

lege 20.*gloſ.*2.*num.*50.*& num.*
143.tamen ſi maior factus a-
liud ſibi domiciliũ elegerit,
id præualebit, cum ipſe do-
micilium mutare libere poſ-
ſit,quamuis pubes ſit *l.placet*
3.*cum ſeqq.ff.admunicipal.l.li-*
bertus 17.*§.patris ff.eod.*Fede-
ric.de Senis *conſ.*254.*num.*4.
*addit.*8.Vgolin.*de offic.& po-*
*teſtat.Epiſcopi lib.*1.*cap.*26. § .
2.*num.* 3. *in fin.* Narbona *vbi*
*ſupra num.*51.

10 Eadem ratione theorica
noſtra procedet in famulo
reſpectu domini,licet famu-
11 lus habitationem domini ſe-
quatur & ſtatutum loquẽs de
habitatore cõpræhendat ſtã-
tem pro famulo cum alio, ex
Bart.*in conſ.*42.*num.*2.condu
cit Aloyſi.Ricci.*in praxi vari.*
*reſolutionum reſ.*35.*num.*1.*&*2.

12 Anno 1620. quidã Aduo-
cati,iique doctiſsimi Iurecõ-
ſulti in Regio Senatu,& lite
quæ in eo vertebatur ſuper
ordinatione Ciuitatis Barci-
nonæi. Iunii eiuſdem anni
aduerſus exteros facta acerri
mè contenderunt noſtrã cõ-
ſuetudinem dicti cap. 53. in-
terpretari debere dumtaxat
de Forẽſibus Cathalanis, qui
non ſunt de Ciuitate,ſunt ta-
men de Cathalonia;ſicque a-
lios exteros hac conſuetudi-
ne gaudere non poſſe,quan-
tumcumque per annũ & diẽ
Barcinonam coluerint,quaſi
verbum illud,*forenſis*,in d.ca. 13
53.poſitum hanc habeat ſig-
nificationem, differatque a
verbo *extraneus*,ita vt foren-
ſis ſit de Regno licet extra
Ciuitatem, extraneus vero
ſit extra Regnum.

Addebant id deduci ex vl-
tima parte dicti cap.53.ibi.*&*
non poteſt peti a domino de cuius 14
dominio fuit oriundus,quæ ver-
ba voluerunt illi intelligi de
remenſa ſeu redẽptione per-
ſonali,de qua loquitur conſ-
tit.1.cum.5.*tit. de homens pro-*
pris,amaſats, y borders,y de re-
menſa,in 1. *vol.conſtit.Cathal.*
dicentes eam redemptionem
eſſe propriam Cathalanorũ
deſcendentẽ ex antiquis ma-
lis vſibus Cathaloniæ,de qui-
bus in ca.2.*lib.*4.*tit.*13.*de ho-*
mens propris,y de remenſa in 2.
*vol.conſtit.*ſicq.totum dictum
cap.53.intelligi de Cathala-
nis.

Sed hãc opinionẽ falſamet
nullo fundamento nixam eſ-
ſe

ſe cenſeo. Nitor generalitate verborum præfati capituli, ibi. *Quicunque forenſis.* quia generalis diſpoſitio omnes ſpecies ſubſcontentas continet *l. ſichorus ff. de legat. 3.* Cardin. Tuſch. *tom. 4. lit. g. concluſ. 29.* Franciſc. Molin. *de rit. nupti. lib. 3. q. 87. nu. 17.*
16 quoniam genus includit omnes ſpecies *l. omnes, vbi Angel. notat. C. de præſcrip. 30. an.* Mari. Antonin. *vari. lib. 2. reſol. 33. num. 2.* vbi *num. 3.* intelligit verum eſſe etiam ſi in vna ſpecie maior ſit ratio quam in alia per tex. *in l. 1. §. quod autem. ff. de aleat.* Surd. *dec. 255. num. 20. & conſ. 359.*
17 *num. 19.* Nitor inſuper authoritate Iacobi Marquilles in ipſo cap. 53. vbi ait hoc capitulum indiſtinctè loqui, ſicque non licere illud interpretari, & inferius ſubdit generaliter, & indiffinite loqui & ita generaliter intelligen-
18 dum venire. Nitor deniq. obſeruantia ſubſequuta, quæ eſt vera legum interpres, *l. ſi de interpretatione l. minimè ff. de legib. cap. cum dilectus de conſuetud.* Cæſar Barei. *deciſ. 57. num. 3.* Crauet. *conſ. 118. nu. 2.* *cum aliis à me ipſo congeſtis de officio Iudic. & aduoc. par. 2. quæſt. 6. num. 56.* nam in domo Ciuitatis Barcinonæ ex- 19
tranei cuiuſcunque nationis ſint extra Cathaloniã, ſi per annum & diem Barcinonæ larē fouerāt, vti ciues tractātur, ita vt etiam illis merces traducere volentibus ſolitæ litteræ ciuilitatis certificatoriæ, quas *franquiſias* vocant, de quibus §. 17. *nu. 4.* ſcripſi, per dominos Conſules quotidie præbeantur, & hanc praxim ſemper vidi. Nec mouet 20
me diſcrimen inter nomen *forenſis*, & nomen, *extraneus*, quia ſicut nullā reperio differentiam inter aduerbium, *foris*, & aduerbium, *extra*, vnde nomina illa deriuantur, ita nec inter ipſa duo nomina Nec viget me argumen- 21
tum ex d. conſtit. 2. & 5. *tit. de hom. ēs propris* tum quia eſt diuinatorium, tum quia redēptio illa perſonalis non adaptatur ſolum Cathalanis, ſed & iure communi nota eſt, & aliis nationibus communis, ad tradita per Iacobum Cāncer. *variar. part 3. cap. 184. & 185.*

Quæro

22 Quæro an foreſis qui Bar-
cinonæ per annum & diem
vixerit, ſit vere ciuis Barci-
nonæ vel ſit prociuis, cum
23 differentia ſit in iure inter
ciuem & prociuem, & aliud
ſit eſſe ciuem & aliud eſſe
prociuem, Bart. *in l. ſi maritus*
§. 1. ff. ad l. Iul. de adult. cum
alijs multis quæ cumulaui
ſupra §. 17. a num. 34. vſq. ad
24 *num. 42.* & dic quod eſt vere
& plenarie ciuis & exceptis
requiſitis ad obtinenda mu-
nera Reipublicæ neceſſarijs,
quæ attigi in initio huius §.
fruitur & vtitur omnibus
iuribus & priuilegijs ciuium
Barcinonæ per noſtram cõ-
ſuetudinem dicti ca. 53. quod
ita interpretatur & declarat
Marquilles in cõmẽtario ſu-
per eodem, & adducit in ar-
gumetum conſtitutionẽ Pe-
tri Tertij; quæ eſt vnica tit.
25 *de emancipacions* vbi cauetur
quod filij qui de voluntate
parentum contraxerint ma-
trimonium, habeantur pro
emãcipatis, & ſunt vere emã
cipati, nec diſſentire videtur
in ſpecie ipſa noſtri cap. 53.
26 doctiſsimus noſter Petr. Fõ-
tanell. *de pact. nup. clau. 3. gloſ.*

2. *num.* 1. 72. & 73. Idipſum 27
probat Steph. Gratiã. *diſcep.*
forenſ. tom. 4. cap. 709. num. 9.
& 25. vbi aſſerit quod qui ex
priuilegio ciuis eſt, eſt pro-
priè & verè ciuis, & habet
priuilegia originarijs con-
ceſſa, ita vt poſsit gaudere
etiam ſtatutis deferentibus
ſucceſsionem, pro vt gaudet
originarius. Menoc. *cõ.* 1129.
n. 55. *lib.* 12. Decian. *conſ.* 44.
lib. 4. Cephal. *conſ.* 451. *num.*
16. *vſq. ad* 36. Conducit Hie-
ronym. Magoni. *deciſ. Flo-*
rencia 60. *num.* 4. vbi probat
quod ciuis ex priuilegio gau
det omnibus priuilegijs, qui
bus gaudent alij originarij
ciues. Quæ theorica eſt no-
tãda pro Villis & Oppidis,
quæ habent priuilegia regia
vt ſint vici Barcinonæ.

Nec obſtant illa verba di- 28
cti ca. 53. *habeatur pro ciue.* quę
fictionem denotare videtur:
nam etiam ſtantibus huiuſ-
modi verbis in priuilegio;
ciues ex priuilegio ſunt ve-
ri ciues & vtuntur omnibus
iuribus & priuilegijs ciuiũ,
Bart. *in l. is qui pro emptore in*
3. quæſt. princi. ff. de vſucapion.
Corne. *conſ. 159. num. 5. vol. 2.*

Zabarel.*conſ.25.num* 1.*vol.2.* DD.*in l.1.§.1.* ibi *niſi aliquo priuilegio ff. ad municipal. & in l.ciues & in l.priuilegio C. de incolis lib.10.*

29 Gaudebit ergo noſter forenſis ciuis effectus iuribus conceſsis per Petrũ ſecundũ dicto priuilegio anni 1283. vulgo vocato *Recognouerunt Proceres.* Et ſignanter cap.25. de teſtamento facto a notario ipſo ſolo ſtante cum teſtatore, de quo Cancer. *var. part.1.cap.4. num.113. & nu. 134.* Gamma.*deciſ.62.num.4.* Et ca.31. de facultate abſtrahẽdi portas propria authoritate, ſi emphiteota nõ ſoluit cenſum die ſtatuto, de quo Calici. *in margarit. fiſci dub.7.cap.fin. num.34. & 35. & 79.* Peguer.*tom.1.deciſ.12. nu.10.* Fontanell.*de pact.nup. clauſ.4.gloſ.15.nu.67.& ſeq.* Et cap.33. quod propria authoritate poſsit res conductoris pro mercede pignorare, de quo Calici.*in d.margarita dubio 7.cap. fin. caſu 67. & 68.* Oliba.*de action.part.1. lib.3.ad §.Item Seruiana nu.2.* Fontanell.*d.gloſ.15.num.67. & ſeq.* Et cap.37. de exemptione a decimis & primitijs certarum ſpecierum fructuũ de quo Michael Ferrer 3. *p. obſer.cap.278.* & ipſe *ſupra §. 18.num.49.* Et cap.107. quod non poſsit compelli litigare extra Ciuitatem Barcinonæ, de quo Cancer.*part.3. cap.1. num.69.cum ſeqq. & part. 2. cap.2.num.41.& ſeqq. & nu. 215.& ſeq.* Et priuilegio Petri Tertij dat. Barcinone 14. chalend. Nouẽbr.1339. quod eſt cap.1. *tit. de teſtaments in 2.vol.conſtit.* quod poſsit præterire filium in teſtamento, valeatque teſtamentum ſine herede, de quo Olib.*de actiõ. part.1.lib.3.ad §.quædã actiones num.11.* Cancer.*part.1.ca. 4.num.22.39.40.44.49.67. & ſeq.& par.3.cap.2.nu.184. & ſeq.* Et priuilegio Regis Iacobi primi de anno 1232.& Iacobi Secundi de anno 1323. de exemptione quarumcunque collectarum iurium, & impoſitionum pro proprijs rebus & mercibus per omnem ditionem Domini Regis, de quo Fontanell.*de pac. nup.cla.4.gloſ.2.a n.2.* & ego *ſup.§.18.fere per.tot.* Et priuilegio Iacobi primi de anno

1269.

1269. quod eſt cap. vnic. *tit. dels que entran en religio in 2. vol. conſt.* de filijs ingredientibus religionem ſine volũtate parentum, de quo Olib. *de action. par. 1. li. 3. ad §. quædam actiones. num. 11. & 12.* Cancer. *var. part. 3. cap. 11. nu. 187. & ſeqq. & a num. 200. & part. 1. cap. 24. num. 17. & ſeq.* Fontanell. *de pac. nupt. clauſ. 4. gloſ. 2. nu. 31. & 32.* Ioſeph. Ramon *conſ. 68. nu. 19. & 20.* Deſpuiol. *in addit.* ad Mieres *in conſtitutio. Hac noſtra tit. ſolut. matrim. nu. 171.* & ex exteris Cenal. *com. con. com. lib. 1. q. 423.* Alderan. Maſcard. *de general. interpr. ſtatut. concluſ. 1. num. 14.* Diana. *reſolut. moral. part. 1. tract. 2. reſolut. 124. & & 74. & 104.* qui etiam *re-*
30 *ſolut. 61. ac 128.* acerrimè inuehitur contra priuilegium Regis Petri Barcinonæ cõceſſum, de quo memini *ſup. § 10. n. 58.* & illud poſtquam plures DD. inualidum prædicat. Et demũ gaudebit alijs iuribus & priuilegijs ciuium Barcinonæ, quæ nimis longum & extra meum principale inſtitutum eſſet recenſere.

Suſcito aliam quæſtionem 31
ad noſtram conſuetudinẽ ca. 53. *del Recognouerunt Proceres,* an tempus vnius anni & diei de quo in eodem capite habetur, debeat eſſe cõtinuum, ita vt ſi verbi gratia quis habitet Barcinonę ſex menſes, & poſtea Gerundæ alios ſex menſes, & demum iterum Barcinonæ ſex menſes & vnam diem, id non ſufficiat. Marquilles *ſuper dicto capite* 53. concludit nõ ſufficere ſed illud tempus anni & diei debere eſſe continuum. Hunc ſenſum approbat multis citatis Iacob. Cancer. *var. part.* 32
3. cap. 11. num. 178. cum 3. ſeqq. In anno quo nouitius in religione permanſiſſe debet ad profitendum, & in triennio quo ex ſtatutis confratriarũ artificum & fabrorum debet 33
tyrones cum magiſtris ſtetiſſe vt magiſtri fieri valeat. Add. Farinac. *in ſuis fra mẽtis poſt tractatum de furtis par. 1. lit. D. num. 217.* quia cũ lex ſimpliciter de tempore loquitur, intelligitur de conti-
nuo *l. 1. cum ibi not. de diuerſ.* 34
& tempor. præſcrip. c. cupientes §. cæterum, & cap. prouide de electio.

electio.lib.6.l.3.cum glo.penul. l.naturaliter, & l.nunquam ff. de vſucapi.tenent Bartol.in l. fin.§ quoties num. 2. Paul. de Caſtr.num. 3. ff. de publician. Angel.in l.ſi idem cum eodem num.4.Iaſ.num.7. in fin. ff. de iuriſdic.om.iud. Phil. Franc. in cap.cumqui num.4. de regular.in 6.Alex.conſ.34.num.1. vol.5.

35 Fallit quando interuallũ eſſet modicũ quod relinquitur arbitrio iudicis,Rebuff. ad conſtitut. regi. tom.2. tit.de famul.ſalar.glo.10.num.6.Căcer.vbi ſupra num.180.& 181.
36 Sic factum non intelligitur quod nõ perdurat,glo. verb. quaſi,in cap.nam et ego de verb. ſignif.& glo.verb.ſtatim in ca. ad noſtram de regular.Alfon. Narbon.ad leg.regi.lib.1. tit. 6.lege 10.glo.2.num.10.indeque aſſerunt DD.quod alie-
37 nigena,qui biduò aut triduò non permanendi animo ſtat, ſpeciali voto ieiunii aut alio peculiari præcepto illius loci tranſitus, ceſſante ſcandalo nõ tenetur,Silueſt.in Sũma verb. Ieiunium num.7.Tolet.in Sum. lib.6.cap.5.num.6. Leſſ.de iuſti.& iur.lib.4. cap. 2.dubit.7. Narbona vbi ſupra num.15. qui poſt Ægidiũ Co- 38
ninch ponit etiam exemplũ in obligatione recitandi officium diuinum, vt ſi ſacerdos ſit,in cujus habitationis loco de feſto officium recitatur;ſi per locum tranſeat, vbi feſtum nõ eſt,poſsit pro libito legere officium de feſto vel de feria. Nec abeſſe videtur qui relicta familia, filijs ſcilicet, & vxore, & famulis abſuit l.1. §.1. vbi glo. 39
verb.maneat,& ibi etiă Bart. ff.de liber.agnoſ.cap.is qui habet,vbi communiter notatur, de ſepultur.in 6.Tiraquel. in l. ſi vnquam in prin.nu.15. C.de reuoc.donatio.Gironda de priuileg.num.35.& 36.Ruin. conſ. 18.num.9.lib.5.

Sane Alfonſ. Narbona. ad 40
leg.regi.lib.4.tit.1.lege 20.glo. 2.num.118. quem citaui ſupra §. 22.num. 22. licet fateatur requiſito ad domicilium decennio,debere illud eſſe continuum, interpretatur tamẽ hoc cũ alijs DD. vt ſufficiat ſi quolibet anno ſtet pro maiori parte anni.Sed id nõ applicatur caſui, & propoſito noſtro.

Præ-

41 Præterea in controuerſiâ verto in caſu dicti priuilegij ſeu conſuetudinis cap. 5 : an ſi forenſis vixerit quidē Barcinonæ per annum & diē, nō tamen animo ibi permanendi, ſed aliqua temporali cauſa moræ vel negocio durāte efficiatur ciuis Barcinonæ. Dubitandi ratio in obſcuro non eſt: quoniam ad conſtituendum domiciliū neceſſarius eſt animus permanendi vt per *Inno. in ca. 3. de renun.*
42 quem ſectatur Bart. *in l. domicilium 20. num. 1. ff. ad municipal.* Menoc. *de arbitr. caſu 98. num.* 2. Gratian. *diſcep. forenſ.* 181. *num.* 10. Alfonſ. Narbon. *ad leg. regi. lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 2. num. 7.* qui *num.* 23. ſubdit quod mercatores qui diſ-
43 trahendis mercibus alicubi ſunt, eo animo, vt venditis rebus, vel poſt aliquot annos ad antiquam habitationem redeant, in loco illo vbi mercaturæ tantum gratia extiterunt, domicilium non acquirunt: ſicut nec ſcholaris qui ſtudiorum cauſa locum
44 aliquem inhabitat eo animo vt finito ſtudio ad patriā reuertatur, quamuis extiterit per multum tempus, & probat tex. *in l. lex Cornelia 5. § ſi tamen ff. de iniur.* ibi, *Ponamus enim ſtudiorū cauſa Romæ agere, vtiq. domiciliū nō habet.* vbi Bart. & cæteri communiter. Ceph. *conſ.* 451. *n.* 127. Ruin. *conſ.* 18. *nu.* 12. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſ. 2. par. cap. 26. § 2. num. 2. ad fin.* Stephan. Gratian. *d. cap.* 181. *num.* 5, vbi ita per Rotam iudicatum refert, qui tamen *n. 6. & 7.* hoc magis explicat & declarat. Farinac. *fragmentorū criminalium par. 1. lit. D. num.* 215. 216. 218. vbi aſſerit quod ſcholaris non contrahit domicilium in loco ſtudii etiā per mille annos, quādo certum eſt quod eo loci commoratur cauſa ſtudendi, quamquam aliàs lapſo decē- 45
nio præſūptio eſt quod etiam ſcholaris habitat animo contrahendi domicilium, & ita illud acquirere dicitur.

His non obſtantibus exiſtimo in ſpecie dicti noſtri capituli 53, non requiri animū 46
permanendi, quia de domicilio non loquitur, ſed de habitatione, & eſt conſuetudo ſeu priuilegium ciuitatis, & ita vidi ſæpius intellectū, & interpretatum hoc caput.

Sed

Digitized by Google

Sed econuerſo finge quod
forenſis Barcinonā cū ſua fa-
47 milia venit, atque eò maiorē
fortunarū ſuarū partē trāſtu-
lit, manſitque animo perma-
nēdi & domiciliū cōſtituen-
di; nunquid ante lapsū anni
efficietur ciuis Barcinonæ, &
iuribus ac priuilegiis ciuium
Barcinonæ potietur? cenſeo
quod ſic, nō vigore dicti noſ-
tri capituli 53. ſed iuris com-
munis ratione: nā licet de iu-
re cōmuni incolatus ſeu do-
miciliū tēpore decēnii acqui-
48 ratur *l. 2. C. de incol. li. 10.* tamē
etiā incontinenti acquiritur
quando quis re, & facto ani-
mū manendi declarat, puta ſi
domiciliū ibi loci elegerit, ac
maiorē partē fortunarū ſuarū
eò tranſtulerit, & in eo loco
quis domicilium quis habere
dicitur, vbi larē rerūq; ac for
tunarū ſuarū ſūmā cōſtituit,
vnde rurſus nō ſit diceſſurus
49 ſi nihil auocet, & vnde cū re-
cedit, peregrinari videtur, *l.
ciues C. de incol. li. 10. glo. in l.
fin. in verb. inter abſentes C. de
præſcrip. long. tēpor.* ita diluci
de explicat, & declarat An-
50 dræ. Gall pract. obſer. li. 2. ob-
ſeruatio. 35. nu. 7. decennium
autē requiritur ad domiciliū
vt ex curſu huius tēporis ex
ſola habitatione ſine alio ſig
no ſeu coniectura & ſine ex-
preſſa animi declaratione a-
nimus conſtituendi domici-
liū præſumatur: at ſi cū habi-
tatione concurrant aliæ con
iecturæ, minus tēpus ſufficit
arbitrio iudicis, imò ſi cōſtat
de animo prædicto ſtatim ac-
quiritur domiciliū, ita cōfir-
matur præter Andræā Gail
iam citatū, extraditis latè ab
Alfonſo Narbona *ad leges re-
gias li. 4. tit. 1. lege. 20. glo. 1. n.
68. cū duobus ſeqq.* & a Proſ-
pero Farinacio *fragmētorū cri
minaliū par. 1. lit. D. n. 204. cū
3 ſeqq.* qui alios quampluri-
mos DD. de more citant.
Suboritur aliud dubium in 51
caſu noſtræ conſuetudinis d.
ca. 53 ſi forēſis habitat extra
muros Barcinonæ, in territo
rio tamen ipſius Ciuitatis, an
pariter efficiatur ciuis, & dic
ſimiliter effici ciuē, quod pro
bat tex. *in l. pupillus 2. 9. §. in
cola ff. de verb. ſignif. ibi nec tā
tum hi qui in oppido morantur,
incolæ ſunt, ſed etiam qui alicu-
ius Oppidi finibus ita agrū ha-
bent, vt in eum ſe quaſi in ali-
quam ſedem recipiant.* tex. *in l.
lex Cornelia 5. §. domum ff. de*
in-

iniur. ibi *quid ſi quis in villa habitet, vel in hortis? idem erit probandum.* tex. *in cap. fundamẽta § fin. de electio. lib. 6.* ibi, *qui in ipſa eiuſue territorio.* Bart. *in l. 1. ff. ad municipal, & in l. non dubito ff. de capti. & poſtlim reuer.* Felin. *in cap. Radulphus n. 6. de reſcrip.* Boeri. *quæſt. 13. n. 26. & 29.* Menoc. *de arbitrar. li. 2. quæſ. 99. n. 22. & caſu 155. n. 8. & conſ. 75. n. 97. & conſ. 80. n. 18.* Gironda *de priuile. n. 54. eſuſe.* Alfonſ. Narbona *ad leg. regi. lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 2. num. 86. & 87. cum ſeq. vſq. ad num.* 107. vbi contrariis argumentis ſatisfacit, & *nu.* 97 hanc ſentẽtiam veriſsimam eſſe concludit. Rebuf. *tom. 3. ad l. Gallic. in tractat. de domicilio eligendo quæſt. 8. nu.*

52 38. Sic communi ſcribẽtium ore traditur Ciuitatis vel vrbis appellatione comitatus & diſtrictus contineri. Bar. *in l. 1. §. cum vrbem nu. 2. ff. de offic. præfec. vrb.* Additio ad eundem Bart. *in l. qui ex vico*

53 *num. 30. ff. ad municipal.* Narbona *vbi ſupra nu.* 87. Steph. Gratian. *dec. 154. nu. 4.* vbi etiam quod non dicitur abeſſe a Ciuitate, qui eſt in comitatu ſeu diſtrictu. Eſt autem

territorium vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; Ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magiſtratus eius loci inter eos fines terrendi ius habent, ita definit Pomponius *in d. l. pupillus §. territorium de verb. ſig.* 54

Ciues facit etiam origo, quia in qua vrbe quis natus eſt, eius originarius ciuis eſt *l. ciues C. de incol. & vbi quis domicil. lib.* 10. ibi *Ciues origo, manumiſsio, allectio, vel adoptio: incolas vero domicilium facit. l. filios C. de munici. & orig. eod. lib.* 10. Ioſeph Maſcard. *de probatio. tom. 3. concluſ.* 1141. *n.* 1. vbi per totam concluſionẽ multis hanc ciuilitatem declarat. Sed hic ciuis non gaudet ſtatutis & priuilegiis illius Ciuitatis, niſi eò habeat domicilium, & ibidem onera realia ac perſonalia ſoluat vt ex communi DD. ſententia concludit idem Maſcard. *vbi ſupra nu.* 22. conducit Gratian. *d. diſcep. forenſ.* 709. *n.* 26. *&* 27. vbi probat quod qui ex priuilegio ciuis eſt, non gaudet priuilegiis ciuiũ, niſi in loco habitet & onera loci ſuſtineat. Andre. Gail. *pra. obſer. lib. 2. obſer. 36. num. 7. & ſeqq.*

ſeqq. vbi ait quod ciuis originarius deſerens ciuitatem, deſinit eſſe ciuis, & priuilegia & iura ciuitatis amittit,
57 nec ciuis dici poteſt, qui ciuium onera non ſuſtinet, Afflic. *dec.*384. nec talis originarius cõueniri poteſt in loco originis, niſi ibi reperiatur: ſicut nec in loco cõtractus poteſt quis conueniri, niſi ibi reperiatur, quamquam
58 in loco domicilii quis forum ſortitur ſiue præſens ſiue abſens ſit, Gail. *vbi ſupra nu.* 11. 12. *&* 14. Maſc. *qui ſupra n.*22.

59 Et loquor de domicilio ſtrictè ſumpto vocabulo: nã latè ſumpto nomine domiciliũ triplex dicitur, ſcilicet Naturale vel originis quod ex ipſa natura naturaliter venit & tam ex propria quam parentis perſona acquiritur *d.l.ciues glo.*1.*ibidem.* Accidẽtale quod ex aſſũptione cõparatur, & domicilium habitationis vocatur *l.domicilium ff.ad municipal. glo. ibidẽ verb. incolas l.ſi in patria C.de incol. lib.*10.*l.pupillus §.incola ff. de verb.ſignif.* Commune, vt domicilium Imperii vel Regni quod habent qui ſub Imperio vel Regno vitam ducũt, Gail. *d. obſeruat.*36.*nu.*2. *&* 3. Farin. *fracmento criminal. par.* 1. *lit. D. nu.*194.

Efficitur autem quis ori- 60
ginarius ciuis, etiam per baptiſmũ: quia in quo loco quis baptiſatus eſt, eius quoque ciuis originarius eſt, non ſolũ quo ad ſpiritualia, ſed etiã ſecundũ veriorẽ opinionẽ quo ad tẽporalia, iuxta illud euãgeliũ *Ioan.*3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sãcto nõ poteſt introire in Regnũ Dei.* & infra *oportet vos renaſci denuo,* cuius fit mentio *in cap. debitũ* 4. *& in ca. non vt apponeres* 5. *de baptiſmo,* probant hãc ſententiam Lucas de Penna *in d.l.ciues.* Rebuf. *de pacific. poſſeſ. n.*17. Narbona *d. glo.*2. *n.*148. *& ſeqq.* vbi *nu.*149. *&* 150. reprobat opinionẽ Bart. tenentis cõtrahi ciuilitatem tantũ quo ad ſpiritualia. Stephan. Gratian. *diſ. forenſ. to.*1. *ca.*75.*n.*16. *&* 17. vbi id intelligit ceſſante fraude: quod approbat Hyeron. Gonzal. *in regul.*8. *Cancell. glo.*9. §.1. *nu.* 108. *cum nu.*113.

Gloria ſit Deo & nũc et in æternitatis diẽ.

Sola manet virtus, labũtur cœtera quæq;
Diuitiæ, litteræ, fama, inuenta, decus.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN HVNC LIBRVM COPIOSISSIMVS.

A

Aa

ATaulphus Rex Gothorum prinùm ingreſſus eſt Hiſpaniam, & Barcinonæ obijt, & ſepultus fuit, vbi & Regiam Sedem habuit cum Placida vxore, §. 4. num.14.

Aqualatæ Villa immunis eſt à lure Coronagij: quia vicus eſt Barcinonæ, §.18.n.21.

Ac

ÆDilis Barcinonæ de quibus cognoſcat, §.16.num.12. Et de quibus priuatiuè ad alios regios officiales atque ad Regiam Audiẽtiam, ex deciſionibus eiuſdem, num.13.

Ædificãs in loco publico Barcinonę debet obtinere licẽtiã ab Operatijs eiuſdẽ, & quare, §.10.n.57

Appellatio an & quando & ad quem effectum detur ab ſtatutis, §.12.num.25.

Appellare ab ſtatuto quilibet de populo poteſt, & quomodo, & an adiri poſsit Superior per querelam, §.12.num.27.

Ædilis Barcinonæ an cognoſcat de cauſis Clericorũ circa concernentia ſuum officium, §.16. num.17.

Aſſeſſor Ciuitatis Barcinonę an in cauſis repreſaliarum & alijs in ſcriptis ſibi commiſsis teneatur verbũ facere in Conſiſtorio Cõſulum, §.17.num.33.

Abſentes a Ciuitate an & quãdo ſint ad Concilium vocandi, & an eorum vel recedentium abſentia noceat §.20.num.46.

Appellationis quæ ſit natura & an

LL

an valeat de maiori ad minorem. ſ.23.num.1.

Abeſſe non videtur qui relicta familia abfuit. §.24.num.39.

Abeſſe non dicitur qui eſt in comitatu ſeu diſtrictu. ſ.24.n.53.

A i

ADrianus Imperator pro iure reddendo Hiſpaniam in ſex diuiſit Prouincias, quarum vna erat Tarraconenſis, & hæc diuiſa fuit in 14. Cancellarias ſeu Conuentus iuridicos. ſ.8.num.21.

Adminiſtrator & Subadminiſtrator platearum Barcinonæ de quibus cognoſcant. ſ.10.num.11.

Atrium armorũ Ciuitatis Barcinonę inter Regalia ipſi conceſſa numeratur. §.10.num.54.

Actibus in mœrè voluntarijs an requiratur cõſenſus omnium de Conſilio. ſ.20.num.44.

Adminiſtratoris annonæ publicæ ſimplici iuramento tempore peſtis credendum eſt. vbi deciſio. §.21.num.32.

Anni ad officia Ciuitatis requiſiti an debeant eſſe completi ita vt ceptus non habeatur pro completo. §.22.num.24. Et de antiqua ſuper hoc obſeruantia in Domo Ciuitatis Barcinonę. n.25.

Alienigena qui biduo aut triduo non permanendi animo ſtat, ſpeciali voto ieiunij aut alio peculiari pręcepto illius Loci tranſitus, ceſſante ſcandalo non tenetur. §.24.num.37.

A o

ANthonius Auguſtinus notatur dum a lapide ſuo in platea Domus Ciuitatis Barcinonæ cauendũ admonet. ſ.1.num.12.

Aquæductuũ ad hortos antiquos Barcinonę deriuantiũ veſtigia vbi perſpecta ſint. §.3.nu.4.

Apoſtoli Petrus, Paulus, & Iacobus 34. anno poſt Domini Natiuitatẽ in Hiſpaniam venerũt & primo Barcinonã adierũt. §.5.n.7.

Alphõſi Regis litterę pro immunitate Coronagij Oppidi de Caroritulo & aliorum, quod ſint vici Barcinonæ. ſ.18.num.20.

A u

